

ODABRANE PJESME
P. OVIDIJA NAZONA.

ZA GIMNAZIJE

PRIREDIO I PROTUMAČIO

LEONARDO JURMIĆ,
PROFESOR I UČITELJ KR. GIMNAZIJE U VARAŽDINU.

TREĆE PRERAĐENO I POKRAĆENO IZDANJE.

~~UKORIČENE STOJE 1 KRUNU 50 FILIRA.~~



U ZAGREBU.
TROŠKOM I NAKLADOM KR. HRV.-SLAV.-DALM. ZEMALJSKE VLADE.
1905.

Ova se knjiga ne smije prodavati skuplje nego za cijenu naznačenu na prednjoj strani.

Kr. zemaljska tiskara.

Život i djela Ovidijeva.

A. Publije Ovidije Nazon rodi se 20. ožujka godine 43. pr. Kr. za konzulâ Hircija i Panze u Sulmonu u zemlji Pelignâ. Drugi mu se brat rodi istoga dana jednu godinu prije. Otac njihov, član ugledne i bogate viteške obitelji, nastojaše oko toga, da što boljim uzgojem i naobrazbom pribavi sinovima pristup k najvišim državnim častima. Da lakše polući svrhu, preseli se u Rim, u sijelo svjetske obrazovanosti, te preda sinove najboljim učiteljima. Stariji se sin posveti svom revnosti govorništvu, dok je naš Publije odmah s početka prianjao više za pjesništvo, premda je ocu za ljubav uzato marljivo polazio i vježbanja *(declamationes)* slavnih retora. Otac, muž obziran i osobito praktičan, znao bi često prekoravati Ovidija govoreći mu, neka se ne bavi toliko takim poslom, od kojega ne će nikada imati koristi; — „ta ni sam Homer nije ostavio nikakova imutka!" — Kraj svega svoga nastojanja nije mogao Ovidije ni jedne samo vježbe napisati, a da se nije u njoj isticao osobit pjesnički ritam, te pravom i sam o sebi veli: „Štogod sam pokušao pisati, bilo je stih." (Trist. 1. 26.)

Po smrti svoga brata, koji je tek dvadesetu godinu života navršio, morade Ovidije — po želji očevoj — još više prionuti za nauku govorništva slušajući te učeći od slavnih retora toga doba Porcija Latrona i Arelija Fuska. Retor M. Anej Seneka, pouzdan prijatelj Latronov, koji je češće slušao Ovidija, gdje deklamuje, zove njegove govore *carmina soluta* (Controv. II. 11.).

Obukavši Ovidije u 17. godini ‚*togam virilem*‘ (v. Trist. 1. bilj. k st. 28. i 29.), da što više nauči, zaputi u Grčku i Malu Aziju, a poslije svršenih nauka pođe i on u državnu službu. Najprije bude jedan od ‚*triumviri capitales*‘, zatim ‚*decemvir stlitibus iudicandis*‘ (v. Trist. 1. bilj. k stihu 33—34). No naskoro dodija mu i ta čast, pa premda bi već bio mogao postati senatorom,

ipak se iznenada odreče javnoga života i primivši natrag ‚*clavum angustum*‘ prione svom dušom za pjesništvo. Srećne imovne prilike i trajni mir pod vladom Augustovom dopuštahu, te je mogao sasvim živjeti jedino za svoju pjesmu. Blagoslovno utjecahu na nj i njegovi prijatelji, većim dijelom pjesnici, kao Emilije Macer, Propercije, Kornelije Bas, pak Horacije i Vergilije (isp. Trist. 1, 43 i dalje).

Tankoćutan motrilac ljudskoga srca poznavajući sve vrline i slaboće njegove, pak i sam muž vrlo naobražen i uglađen uživajući ujedno sve udobnosti, što ih ‚vječni grad‘ i krug njegovih prijatelja pružaše, stvori Ovidije djela, koja se i danas s najvećom slasti čitaju: svojim pjesmama postao je ljubimac svojega naroda. Ovidije bio je tri put oženjen; s trećom je ženom živio srećno i zadovoljno; imao je i jednu kćer, no ne znamo, od koje žene.

Ali tu nepomućenu sreću uživaše Ovidije tek do 51. godine života. Tada ga 8. godine posl. Kr. stiže iznenada kao grom iz vedra neba nemilost Augustova, pa ga istrže iz naručja udobna i slatka mira. On morade kao *relegatus* ostaviti Rim i otići na određeno si mjesto zatočenja u Tome („*Tomi*“, valjada današnji Tomisvar u Meziji) na Crnom moru, južno od ušća Dunava. S čega je pao u nemilost carevu, ne zna se pravo. Taj nenadani rastanak s rodnim mjestom, s blagim podnebljem italskim, s gradom, koji bijaše tada gospodarom cijeloga poznatoga svijeta, s obitelju i milim svojim prijateljima; zatim tegotan put sred zime pun nepogodâ i pogibli, napokon boravak pod neprijatnim, oštrim podnebljem i općenje s barbarskim nomadskim narodom: sve to moralo je silno potresti dušom tako osjetljiva muža, kao što bijaše Ovidije, moralo je skršiti do kraja sile te njegov silni pjesnički duh, ako i ne posve sapeti, a ono barem znatno pomutiti i oslabiti. Odatle izviru oni žalobni zvuci njegovih elegija, što ih šalje iz zemlje barbarske miloj si ženi i svojim vjernim prijateljima. Uzalud bijahu sve njegove molbe i jadikovke upravljene na Augusta: nikad ne svanu njemu više dan povratka, nikad se ne umiri čežnja za domovinom, za milima svojim. Ovidije umre u Tomima godine 17. poslije Kr. u 60. godini svoga ugodna i neugodna života. Za grob mu se ne zna.* U jednoj

* Ime Ovidijevo još i sada živi u onim prijedjelima. Tako se i sada još zove besarapski liman *Lacul Ovidului*; a u Bukovini brdo Scherutza: *Ovidiova gora* (Bähr.).

pjesmi na svoju ženu (Trist. III. 3, 73 i dalje) moli Ovidije, da mu pepeo prenesu u Rim i da mu stave na grob ovaj natpis:

Hic ego qui iaceo, tenerorum lusor amorum,
ingenio perii Naso poeta meo.
at tibi, qui transis, ne sit grave, quisquis amasti,
dicere: Nasonis molliter ossa cubent!

B. Ovidije bijaše vrlo plodan pjesnik. Pjesme mu se dijele prema dobi njegova života na tri odsjeka. U **prvi** odsjek, kao doba prve bujne mladosti, padaju njegove ljubavne pjesme, kao: 1. *Amores* u tri knjige; 2. *Epistulae* ili *Heroides* (mnogo ih podmetnutih); 3. *Ars amatoria* (ili ars amandi), također tri knjige; 4. *Remedia amoris*, jedna knjiga: 5. *Medicamina faciei* (ili formae); 6. *Medea*, tragedija.

U **drugi** odsjek, kao doba zrelijega muža, broje se pjesme, kojima je Ovidije postigao svoj pjesnički vrhunac; te jesu: 1. *Metamorphoseon libri XV.* i 2. *Fastorum libri VI.*

Metamorfoze, preobrazbe (μεταμορφώσεις, mutatae formae) dovršio je pjesnik prije svoga zatočenja u Tome, premda ih još nije posve izgladio i ispravio. Upravo stoga ne hoteći nešto nesavršeno predati općinstvu, spali zlovoljan svoj vlastiti primjerak prije, negoli je otputovao na određeno si mjesto zatočenja; no svom srećom sačuva se ipak djelo u prijepisima, koje imađahu njegovi prijatelji. — Djelo izrađeno epskim mjerilom počinje s mitima grčkim i italskim, u kojima se pričaju hronologijskim redom i u nekom savezu (*perpetuum carmen*) razne pretvorbe od početka svijeta pa sve do do njegovo doba, kadno je naime K. Julije Cezar pretvoren u zvijezdu.

Drugo djelo toga doba, *Faste*, t. j. astronomijsko-historijski kalendar, namjeravao je doduše pjesnik izvesti u dvanaest knjiga prema broju mjeseci, no djelo bi prekinuto gore pomenutim zatočenjem, kojim bi pjesnik bačen u mjesto, gdje nije imao sredstva, da djelo nastavi i dostojno završi. Sadržaj mu je tumačenje pojedinih najznamenitijih pojava na nebu te postanak i opis rimskih svetkovina, koje se iz tih pojava izvode. Krasno upletene epizode crpene su većim dijelom iz narodnoga života rimskoga.

Iz **trećega** odsjeka, t. j. iz doba njegova života u Tomima, imademo samo pjesme tužaljke, elegije, i to: *Tristium libri V.*

i 2. *Epistularum ex Ponto libri IV*. Sadržaj je jednim i drugim isti: tuga i plač nad nesrećnom kobi, koja ga zadesila. Razlikuju se jedino spoljašnom formom: Tristije su više općenita sadržaja, dok su Epistule, kako im natpis pokazuje, namijenjene pojedinim prijateljima, koji se imenom navode. U jednima i drugima izlijeva pjesnik svoje boli nad gubitkom svojih milih i dragih — svoje nezaboravne srećne domovine. Osim pomenutih pjesama ispjevao je Ovidije još nekoliko pomanjih pjesmica kano: *Ibis, Halieutica* i druge, koje su se osim nekoliko odlomaka sasvim izgubile.

Kratice.

Gol.	Golik, lat. gramatika za škole (Iv. Pavca 6. izdanje).
P. ili Pav.	Pavec ,latinska slovnica' (peto izd.).
primj.	primjedba u Pavčevoj ili Golikovoj slovnici.
Mus.	Musić ,grčka slovnica'.
mj.	mjesto.
rj.	rječnik latinsko-hrvatski za škole (drugo izdanje).
s. v.	sub voce (k riječi).
i. e.	id est.
v.	vidi.
s.	sive (ili).
vr.	vers, stih.
konstr.	konstruiraj (složi).
isp.	isporedi.
pot.	potpuni.
dod.	dodaj.
prev.	prevodi.
apstr.	apstraktno (abstractum).
konkr.	konkretno (concretum).
poređ.	poređaj.
sp.	spoji.
st.	stih.
čit.	čitaj.
oppos.	oppositum (opreka).
sc.	scilicet (naime).
bilj.	bilješka.

Ostalo se razumijeva po sebi.

E libris Tristium.

1. Životopis pjesnikov.

Ille ego qui fuerim, tenerorum lusor amorum,
  quem legis, ut noris, accipe posteritas.
Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis,
  milia qui novies distat ab urbe decem.
editus hinc ego sum, nec non ut tempora noris:
  cum cecidit fato consul uterque pari.
si quid id est, usque a proavis vetus ordinis heres,
  non modo fortunae munere factus eques.
nec stirps prima fui, genito sum fratre creatus,
  qui tribus ante quater mensibus ortus erat.
Lucifer amborum natalibus affuit idem:
  una celebrata est per duo liba dies.
haec est armiferae festis de quinque Minervae,
  quae fieri pugna prima cruenta solet.
protinus excolimur teneri, curaque parentis
  imus ad insignes urbis ab arte viros.
frater ad eloquium viridi tendebat ab aevo,
  fortia verbosi natus ad arma fori.

---

1. 1—2. konstr.: *ut noris, qui fuerim ego, ille ten. l. am., quem legis* itd. — *lusor,* igrač, šaljiv pjesnik — *amores,* meton.: ljubavne pjesme. — 4. *novies dec. mil.* (sc. *passuum*) = 90 rimskih milja, 18 geografijskih. 5. *nec non = et.* — 6. *consul uterque:* Hircije i Panza u mutinskoj bici g. 43. pr. Kr. — 7. *quid = aliquid.* — *ordinis* sc. *equestris.* Ovidije bijaše *vetus heres,* reda viteškoga, do čega Rimljani mnogo držahu; jer u potonje doba mogao je svatko doći u taj red, kojega bi *,census equester'* iznosio barem 400.000 sestercija. Na to posljednje proteže se ono *,fortunae munere'*. — 8. *modo*, ,tek odskora', ,malo prije'. 11. *Lucifer amb. nat aff. idem,* pjesn. za: ,istoga se dana rodismo'. *Lucifer,* Ἑωςφόρος, Φωςφόρος, *Stella Veneris*, ,danica', što jutrom pred zoru izlazi. Večerom zovu je Ἕσπερος. Ovdje *sinekdoha,* za ,dan'. — 12. *liba:* ,medenjak', kolač od brašna, mlijeka, meda i ulja, što ga prinošahu na rođendan svomu duhu čuvaru. — 13. Rođendan bijaše dakle 20. ožujka, drugi dan *quinquatrâ*, kojim danom počinjahu gladijatorske igre na čast božice Minerve; *armifera* = αἰγίοχος, πρόμαχος. — 16. *insignes ab* (,u') *arte viri* bijahu učitelji tako zvanih *,artes liberales'*, t. j. gramatike, retorike i filozofije. — 17. *viridi aevo: viridi, metaf.*, kako u nas? — 18. *verbosi fori,* zašto *verbosi?*

at mihi iam puero caelestia sacra placebant
  inque suum furtim musa trahebat opus.
saepe pater dixit: ‚studium quid inutile tentas?
  Maeonides nullas ipse reliquit opes'.
motus eram dictis totoque Helicone relicto
  scribere tentabam verba soluta modis:
sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos,
  quidquid tentabam scribere, versus erat.
interea tacito passu labentibus annis
  liberior fratri sumpta mihique toga est,
induiturque umeris cum lato purpura clavo,
  et studium nobis, quod fuit ante, manet.
iamque decem vitae frater geminaverat annos,
  cum perit, et coepi parte carere mei.
cepimus et tenerae primos aetatis honores,
  deque viris quondam pars tribus una fui.
curia restabat; clavi mensura coacta est:
  maius erat nostris viribus illud onus.
nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,
  sollicitaeque fugax ambitionis eram.
et petere Aoniae suadebant tuta sorores

---

19. *caelestia sacra:* služba nebesnicima, ovdje Muzama, kako to pokazuje stih, što slijedi. — 20. *trahebat*, sc. *me.* — 22. *Maeonides* = Homer, koji je, kako neki hoće, rodom iz Meonije (= Lidije). — 23. Brdo Helikon u Beotiji bijaše sijelo Muzâ; *toto Helicone* = *omni poësi* (meton). — 24. *verba soluta modis* = *oratio soluta*, ‚proza'. — 28. *toga* sc. *virilis* u 17. godini; *liberior*, jer bi njom mladić dobivao veću slobodu; *fratri — mihi* v. P. 226. Gol. 215. — 29. *latus clavus*: vitezovi rimski imađahu na tunici uski trak *(clavum angustum)*, dok je taj trak bio širok i grimizan odozgo dolje na tunici u senatorâ, a počev od Augusta mogahu takav trak nositi i njihovi sinovi kao i sinovi vitezova, ako se nijesu odrekli viših magistrata. — 33—34. *cepimus . . . fui* isti subj. tako i vr. 119. *nos* = *me; de viris tribus una pars*, t. j. jedan od t. z. *‚triumviri capitales'*, Ovi kao što i *decemviri (st)litibus iudicandis* brojahu se među t. zv. *‚magistratus minores'*. Triumviri imađahu nadzor nad uzništvom, a decemviri suđahu o privatnim tužbama, osobito u parnicama o slobodi i građanskom pravu. — 35. *mensura coacta est*, budući da Ovidije ne htjede stupiti u senat *(‚curia')*, uze natrag mjesto širokoga uski trak, što bijaše *insigne equitum;* v. gore vers 29. — 37. *patiens* sc. *laborum.* — 38. *sollicitae* u aktiv. znač.: ‚koje zadaje brige' ‚nemiran'. — 39. *Aoniae sorores* = *Musae*, nazvane tako po aonijskom (t. j. beotskom) brdu Helikonu; *petere suadet* grecizam.

  otia, iudicio semper amata meo.
temporis illius colui fovique poëtas,
  quotque aderant vates, rebar adesse deos.
saepe suas volucres legit mihi grandior aevo,
  quaeque nocet serpens, quae iuvat herba, Macer.
saepe suos solitus recitare Propertius ignes,
  iure sodalicii qui mihi iunctus erat.
Ponticus heroo, Bassus quoque clarus iambis
  dulcia convictus membra fuere mei.
et tenuit nostras numerosus Horatius aures,
  dum ferit Ausonia carmina culta lyra.
Vergilium vidi tantum; nec amara Tibullo
  tempus amicitiae fata dedere meae.
successor fuit hic tibi, Galle, Propertius illi,
  quartus ab his serie temporis ipse fui.
utque ego maiores, sic me coluere minores,
  notaque non tarde facta Thalia mea est.
carmina cum primum populo iuvenalia legi,
  barba resecta mihi bisve semelve fuit.
moverat ingenium totam cantata per urbem
  nomine non vero dicta Corinna mihi.
multa quidem scripsi; sed quae vitiosa putavi,
  emendaturis ignibus ipse dedi.

---

40. *iudicio meo* (dativ); *amata* sc. *otia*, koji (mir) sam ja uvijek volio. — 43. *legit* = *recitavit.* U Augustovo doba bijaše običaj, te su bolji pisci, a osobito pjesnici čitali u krugu prijatelja odabrane i ljepše plodove svoga uma. — 44. *Aemilius Macer*, pisac triju didaktičnih sad izgubljenih pjesni: *Ornithogonia (volucres), Theriaca (serpens)* i valjada *‚de herbis'*. — 45. *ignes* sc. *amoris*, ‚ljubavne elegije' pune vatrena zanosa; *Sext. Propertius* napisao je 5 knjiga elegija. — 47. *heroo* sc. *versu*, Pjesnik Pontik poznat sa svoga (izgubljenoga) eposa Thebāis; *iambis:* jampske, podrugljive pjesme. — 48. *convictus*, društvo. — 49. *Q. Horatius Flaccus*, jedan od najvećih pjesnika rimskih; *numerosus*, ritmičan, milozvučan. — 50. *ferire carmina* sc. *plectro*, izraz prenesen s lire na pjesme; *culta*, uzvišene, t. j. ode. — 51. *Vergilium vidi tantum*, jer je taj posljednje godine života proveo ponajviše u Napulju. Najznatnije mu je djelo ‚Aenēis', epos u 12 pjevanja. — *Albius Tibullus* napisao 4 knjige elegija. — 53. Pjesme Kornelija Gala, začetnika rimske elegije, propadoše. — 56 *Thalīa*, upravo Muza komedije, ovdje uopće Muza (= *carmina*). — 59. *cantata*, slavljena. — 61. *vitiosa* u metričnom i jezičnom pogledu. — 62. *emendaturis* (šaljivo) = *ut emendarent.*

tunc quoque, cum fugerem, quaedam placitura cremavi
  iratus studio carminibusque meis.
molle Cupidineis nec inexpugnabile telis
  cor mihi, quodque levis causa moveret, erat.
cum tamen hic essem minimoque accenderer igni,
  nomine sub nostro fabula nulla fuit.
paene mihi puero nec digna nec utilis uxor
  est data, quae tempus per breve nupta fuit.
illi successit, quamvis sine crimine coniunx,
  non tamen in nostro firma futura toro.
ultima, quae mecum seros permansit in annos,
  sustinuit coniunx exsulis esse viri.
filia me mea bis prima fecunda iuventa,
  sed non ex uno coniuge, fecit avum.
et iam complerat genitor sua fata novemque
  addiderat lustris altera lustra novem.
non aliter flevi, quam me fleturus ademptum
  ille fuit. matri proxima iusta tuli.
felices ambo tempestiveque sepulti,
  ante diem poenae quod periere meae!
me quoque felicem, quod non viventibus illis
  sum miser, et de me quod doluere nihil.
si tamen exstinctis aliquid nisi nomina restat
  et gracilis structos effugit umbra rogos:
fama, parentales, si vos mea contigit, umbrae,
  et sunt in Stygio crimina nostra foro:
scite, precor, causam — nec vos mihi fallere fas est —
  errorem iussae, non scelus, esse fugae.
manibus hoc satis est. ad vos, studiosa, revertor,

63. *fugerem,* misli se u zatočenje; *placitura* = *quae placitura erant (nisi cremavissem),* Pav. 342, 1; Golik 332, 3. b. isp. v. 79. — 66. *quodque moveret, et tale, quod (= ut id) levis causa mov.* Pav. 359. 3.; Gol. 338. 2. — 67. *hic* ‚takav‘. — 69. *paene* sp. s. *puero.* — 72. *toro* = *matrimonio* (brak). — 76. Jedan od te dvojice muževa bijaše Fid Kornelije. — 77. *fata* = *aevum, vitam.* — 78. *lustrum* računa Ovidije na 5 godina. — 80. *justa ferre* (tako i *iusta facere, solvere*) = posljednju čast ukazati, isp. grč.: τὰ δίκαια, νόμιμα ποιεῖν. — 82. *poena* = *relegatio,* zatočenje pjesnikovo. — 85. *nisi* = *praeter.* — 86. *gracilis* = *tenuis, inanis;* jer su duše umrvših ‚*exsangues sine corpore et ossibus*‘ (Met. IV. 444). — 88. *Stygio foro,* događaji preneseni s gornjega u donji svijet. — 91. *manibus* sc. *parentum; studiosa pectora* = *stud. amici;* misli sve sebi i pjesmama svojim naklonjene čitatelje.

  pectora, qui vitae quaeritis acta meae.
iam mihi canities pulsis melioribus annis
  venerat, antiquas miscueratque comas,
postque meos ortus Pisaea vinctus oliva
  abstulerat decies praemia victor equus,
cum maris Euxini positos ad laeva Tomitas
  quaerere me laesi principis ira iubet.
causa meae cunctis nimium quoque nota ruinae
  indicio non est testificanda meo.
quid referam comitumque nefas famulosque nocentes?
  ipsa multa tuli non leviora fuga.
indignata malis mens est succumbere seque
  praestitit invictam viribus usa suis.
oblitusque mei ductaeque per otia vitae
  insolita cepi temporis arma manu.
totque tuli terra casus pelagoque, quot inter
  occultum stellae conspicuumque polum.
tacta mihi tandem longis erroribus acto
  iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis.
hic ego finitimis quamvis circumsoner armis
  tristia, quo possum, carmine fata levo.
quod quamvis nemo est, cuius referatur ad aures,
  sic tamen absumo decipioque diem.
ergo, quod vivo durisque laboribus obsto,
  nec me sollicitae taedia lucis habent,
gratia, Musa, tibi; nam tu solacia praebes,

94. *antiquas* ‚pređašnju‘. — 95. *Pisaea oliva,* nedaleko od Pize (u Elidi) držale bi se svake 5. godine olimpijske igre. Olimpijade računaju pjesnici na 5 godina, da ih izjednače s rimskim ‚*lustrum*‘, ispor. v. 78. — 96. *victor equus, victor* kao atrib.; tako i *victor exercitus, incola turba.* Pav. 191. 1, primj. Gol. 176, II, b. 2.; isp. još u grč. γείτων πόλις, δοῦλος βίος itd. — 97. *cum* = ‚*cum subito*‘ Pav. 357, II, 4. Gol. 326, 4. — 99. *nimium quoque* = ‚i odviše‘. — 101. *comitum nefas, nefas* apst. za adjekt. *nefandos (comites),* koji ga na putu okraše; *famulos noc.* = *famulorum noxas.* — 103. *indignata est* ‚držaše za nedostojno‘; *mens* sc. *mea.* — 106 *temporis arma* (metaf.); oružje svoga položaja, naime ustrpljivost i rezignacija. — 108. *occultum et consp. polum,* ‚južni i sjeverni krajnik‘ (stožer). Stanovnici sjeverne polutke ne vide južnoga krajnika, dok se zviježđe sjev. krajnika, medvjed, uvijek vidi. — 110. *Sarmătis* adjekt. — 112. *possum* sc. *levare.* — 113. *quod* (sc. *carmen*) je subj. za *referatur; quamvis est,* isp. Pav. §. 355. Gol. 335. Bilj. — 116. *taedia me habent* = *taedet me;* isp. *spem habeo* = *spero; lacrimas dare* = *lacrimare* itd.

tu curae requies, tu medicina venis.
tu dux et comes es, tu nos abducis ab Histro
in medioque mihi das Helicone locum.
tu mihi, quod rarum est, vivo sublime dedisti
nomen, ab exsequiis quod dare fama solet.
nec, qui detrectat praesentia, livor, iniquo
ullum de nostris dente momordit opus.
nam tulerint magnos cum saecula nostra poëtas,
non fuit ingenio fama maligna meo.
cumque ego praeponam multos mihi, non minor illis
dicor et in toto plurimus orbe legor.
si quid habent igitur vatum praesagia veri,
protinus ut moriar, non ero, terra, tuus.
sive favore tuli, sive hanc ego carmine famam
iure, tibi grates, candide lector, ago.

2. Ovidijeva posljednja noć u Rimu.

Cum subit illius tristissima noctis imago,
qua mihi supremum tempus in urbe fuit,
cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui,
labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.
iam prope lux aderat, qua me discedere Caesar
finibus extremae iusserat Ausoniae.
nec spatium fuerat nec mens satis apta parandi:
torpuerant longa pectora nostra mora.
non mihi servorum, comites non cura legendi,
non aptae profugo vestis opisve fuit.
non aliter stupui, quam qui Iovis ignibus ictus
vivit et est vitae nescius ipse suae.
ut tamen hanc animi nubem dolor ipse removit
et tandem sensus convaluere mei,

122. *ab exsequiis* = *post funus (mortem).* — 128. *plurimus legor plurimus* apozitivno za *legor* kao potpumb. pred. Pav. 183, 2, c. Gol. 170. 2. b. — 130. *ut,* concess. — 131. *tuli* ‚stekao‘, kao grčko καρποῦμαι. 132. *iure* stoji u oprjeci prema *favore.*

2. 1. *cum* iterat. P. 357. II, 2; Gol. 326, 2. tako i v. 3. *subit* sc. *animum (meum),* padne na um. — 6. *Ausoniae* = *Italiae* (sinekd.). — 7. *spatium* ‚čas‘; *parandi* spoji sa *spat.* i *mens; apta* acc. — 8. *torpuerant,* naime poradi careva edikta; *pectora,* ‚čitavo tijelo‘, zato plur. — 10. *profugus,* φεύγων.

alloquor extremum maestos abiturus amicos,
qui modo de multis unus et alter erant.
uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat
imbre per indignas usque cadente genas.
nata procul Libycis aberat diversa sub oris,
nec poterat fati certior esse mei.
quocumque aspiceres, luctus gemitusque sonabant,
formaque non taciti funeris intus erat.
femina virque meo pueri quoque funere maerent
inque domo lacrimas angulus omnis habet.
si licet exemplis in parvis grandibus uti,
haec facies Troiae, cum caperetur, erat.
iamque quiescebant voces hominumque canumque,
lunaque nocturnos alta regebat equos.
hanc ego suspiciens et ab hac Capitolia cernens,
quae nostro frustra iuncta fuere lari,
‚numina vicinis habitantia sedibus‘, inquam,
‚iamque oculis numquam templa videnda meis,
dique relinquendi, quos urbs habet alta Quirini,
este salutati tempus in omne mihi!
et quamquam sero clipeum post vulnera sumo,
attamen hanc odiis exonerate fugam,
caelestique viro, quis me deceperit error,
dicite, pro culpa ne scelus esse putet.

15. *extremum* ‚posljednji put‘, *extr.* je ak. kao adv. isp. grč.: τὸ λοιπόν, τέλος, ἀρχήν, Pav. 213. isp. još P. 277. Gol. 263. — 16. *modo* sp. s *unus*; *erant* = aderant. — 18. *imbre* ‚obilne suze‘ (metaf.); *indignas* = *immeritas,* u akt. znač.; *usque,* udilj, neprestano. — 19. *nata* = *filia.* — 21. *quocumque asp.* isp. P. 332. 3. Gol. 311. 3. — 22. *non taciti* = *conclamati* (litot.), s obzirom na poznate ‚*praeficae*‘, što se naimahu za sprovod; *intus,* u kući. — 23. Pod *femina, vir, pueri,* misli se čeljad Ovidijeva. — 25. Spoji: *Si licet exemplis grandibus uti in parvis* (sc. rebus). — 29. *ab hac,* od ovog, t. j. okrenut od njega; *Capitolia* pjesn. plural za sing. Plural naznačuje ovdje pojedine krasote i divote kapitolskoga brežuljka. — 30. *nostro lari* = *nostrae domui;* ‚*Lari*‘, meton. kao Jupiter za nebo, Feb za sunce, Ceres za obilje itd. *Lar* obič. plur. *Lares* bijahu kućni bogovi; *Penates* bogovi zaštitnici pojedinih porodica kano i države, koja od više porodica sastoji; v. vers 45; *frustra,* budući da ga Juppit. Capitolinus nije štitio. — 33. *Quirini* = *Romuli.* — 38. *fugam* = *exsilium.* — 37. *caelesti viro* sc. *Augusto;* zašto *caelestis?* — 36. *culpa* — *scelus:* ‚*culpa*‘ je krivnja iz neopreznosti i bez opake namjere; ‚*scelus*‘ krivnja s opakom namjerom = ‚zločin‘. *Ovidijeva* nam je *culpa* nepoznata, ispor. Uvod.

ut, quod vos scitis, poenae quoque sentiat auctor,
placato possum non miser esse deo.'
hac prece adoravi superos ego, pluribus uxor,
singultu medios impediente sonos.
illa etiam ante lares passis prostrata capillis
contigit exstinctos ore tremente focos,
multaque in adversos effudit verba penates
pro deplorato non valitura viro.
iamque morae spatium nox praecipitata negabat,
versaque ab axe suo Parrhasis arctos erat.
quid facerem? blando patriae retinebar amore:
ultima sed iussae nox erat illa fugae.
a! quotiens aliquo dixi properante: ,Quid urges?
vel quo festines ire, vel unde, vide!'
a! quotiens certam me sum mentitus habere
horam, propositae quae foret apta viae.
ter limen tetigi, ter sum revocatus, et ipse
indulgens animo pes mihi tardus erat.
saepe ,vale' dicto rursus sum multa locutus
et quasi discedens oscula summa dedi.
saepe eadem mandata dedi meque ipse fefelli
respiciens oculis pignora cara meis.
denique ,Quid propero? Scythia est, quo mittimur', inquam,
,Roma relinquenda est, utraque iusta mora est.
uxor in aeternum vivo mihi viva negatur,
et domus et fidae dulcia membra domus,
quosque ego dilexi fraterno more sodales,
o mihi Thesea pectora iuncta fide!

40. *placato deo,* abl. abs. condic. = *si plac. d. est (Augustus)*; *non miser* (litot.) = *felix, beatus.* — 41. *pluribus* sc. *precibus.* — 44. *exstinctos,* vatra na ognjištu bijaše za vrijeme velike tuge ili nesreće ugašena — 45. *in adversos pen.* ,prema sebi okrenutim penatima' = pred penatima. — 46. *non valitura* (sp. s. *verba*) = *quae valitura non erant.* — 48. *Parrhasis arctos,* veliki i mali medvjed u slici kolâ na sjeveru. — 51. *quid urges?* čemu nagliš? *urgere* apsol. — 57. *vale dicto,* abl. aps., *vale* se uzima kao subst. indecl. — 58. *summa* = *ultima.* — 59. *meque fefellli,* t. j. ,zaboravih, što već rekoh'. — 60. *respiciens,* u prvotnom znač. = *reversus aspiciens.* — *pignora cara,* misli: djecu, suprugu i prijatelje. — 62. *utraque i. m.,* t. j. jedno me i drugo s pravom zadržava, da ne naglim. — 66. *Theseā fide,* Tezej je tako silno ljubio prijatelja Piritoja, kralja Lapitâ, te je pošao s njim svojevoljno u podzemni svijet, da za njega izvede na gornji svijet Perzefonu, ženu Hadovu.

dum licet, amplectar; numquam fortasse licebit
amplius. in lucro est, quae datur hora mihi'.
nec mora, sermonis verba imperfecta relinquo,
complectens animo proxima quaeque meo.
dum loquor et flemus, caelo nitidissimus alto,
stella gravis nobis, Lucifer ortus erat.
dividor haud aliter, quam si mea membra relinquam
et pars abrumpi corpore visa suo est.
sic doluit Mettus tunc, cum in contraria versos
ultores habuit proditionis equos.
tunc vero exoritur clamor gemitusque meorum,
et feriunt maestae pectora nuda manus.
tunc vero coniunx umeris abeuntis inhaerens
miscuit haec lacrimis tristia verba meis:
,Non potes avelli: simul, a! simul ibimus, inquit;
,te sequar et coniunx exsulis exsul ero.
et mihi facta via est, et me capit ultima tellus:
accedam profugae sarcina parva rati.
te iubet a patria discedere Caesaris ira,
me pietas; pietas haec mihi Caesar erit.'
talia tentabat, sicut tentaverat ante
vixque dedit victas utilitate manus.
egredior — sive illud erat sine funere ferri —
squalidus immissis hirta per ora comis.
illa dolore amens tenebris narratur obortis
semianimis media procubuisse domo;
utque resurrexit foedatis pulvere turpi
crinibus et gelida membra levavit humo,
se modo, desertos modo complorasse penates,
nomen et erepti saepe vocasse viri,

69. *nec mora* sc. *fuit* ,smjesta'. — 70. *proxima* = *carissima*; *prox. quaeque* v. P. 305. b. Gol. 287. 2. — 75. *Mettus* ili *Metius Fuffetius,* albanski diktator, bude poradi izdaje na dvije pole razderan. — 84. *profugae* i. e. *qua exsul vecturus sit.* Pazi na krasnu sliku! — 86. *Caesar* i. e. *pro Caesaris ira.* — 88. *victas manus dare,* slika uzeta od gladijatorâ, koji bi sami kazivali, da su pobijeđeni. — 89. *ferri* = *efferri* ,biti nošen u grob' t. j. biti pokopan, *sine funere,* kako to? — 91. *tenebrae,* ,tmina nesvijesti' = nesvijest. — 92. *semianimis,* v. Pav. Metr. 14, 3. Gol. M. 14. — 95. *complorasse* kano i ostali infinitivi vise o *narratur* u stihu 91.

nec gemuisse minus, quam si nataeque meumque
  vidisset structos corpus habere rogos,
et voluisse mori, moriendo ponere sensus,
  respectuque tamen non voluisse mei.
vivat! et absentem — quoniam sic fata tulerunt
  vivat! ut auxilio sublevet usque suo.

3. Neumrlost pjesništva.

Vade salutatum, subito perarata, Perillam,
  littera, sermonis fida ministra mei!
aut illam invenies dulci cum matre sedentem,
  aut inter libros Pieridasque suas.
quidquid aget, cum te scierit venisse, relinquet,
  nec mora, quid venias quidve, requiret, agam.
vivere me dices, sed sic, ut vivere nolim,
  nec mala tam longa nostra levata mora;
et tamen ad musas, quamvis nocuere, reverti,
  aptaque in alternos cogere verba pedes. —
tu quoque, dic, studiis communibus ecquid inhaeres
  doctaque non patrio carmina more canis?
nam tibi cum facie mores natura pudicos
  et raras dotes ingeniumque dedit.
hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas,
  [ne male fecundae vena periret aquae.
primus id aspexi teneris in virginis annis]
  utque pater natae duxque comesque fui.
ergo si remanent ignes tibi pectoris idem.

---

98. *corpus* je objekt. — 99. *ponere* = *deponere*. — 100. *non voluisse*, jer joj je valjalo isposlovati pomilovanje u Augusta. — 101. i 102. konstr. *vivat et* (i to) *vivat, ut absent. auxil. subl. . . .*

3. Perilu, svoju učenicu, bodri Ovidije ovom elegijom, da ustraje u pjesništvu, kojim će sebi besmrtnost steći.

2. *littera*, obično? — *Pieridas* = *Musas*. — 6. *nec mora* sc. *est*, kod nas prilog: smjesta, odmah. — 8. *levata* sc. esse — 9. *quamvis* s indik. v. 1, 113. — 10. *alterni pedes* = *disticha*. — 11. *tu* sc. Peril. — 12. *docta*. nominat. spoji s *tu* u st. 11; *patrio* = Romanorum. — 15. *Pegasidas ad undas* ‚pegazijsko t. j. pjesničko vrelo‘. — 16. *male* sp. s *periret*; *vena* metaf.; *fecundae aquae* = *ingenii poëtici*. — 19. *ignes* ‚oduševljenje, ushit‘.

  sola tuum vates Lesbia vincet opus.
sed vereor, ne te mea nunc fortuna retardet,
  postque meos casus sit tibi pectus iners.
dum licuit, tua saepe mihi, tibi nostra legebam:
  saepe tui iudex, saepe magister eram:
aut ego praebebam factis modo versibus aures,
  aut, ubi cessaras, causa ruboris eram.
forsitan exemplo, quia me laesere libelli,
  tu quoque sis poenae fata secuta meae?
pone, Perilla, metum: tantummodo femina nulla
  neve vir a scriptis discat amare tuis.
ergo desidiae remove, doctissima, causas,
  inque bonas artes et tua sacra redi.
ista decens facies longis vitiabitur annis
  rugaque in antiqua fronte senilis erit
inicietque manum formae damnosa senectus,
  quae strepitum passu non faciente venit.
cumque aliquis dicet, ‚fuit haec formosa‘, dolebis,
  et speculum mendax esse querere tuum.
sunt tibi opes modicae, cum sis dignissima magnis:
  finge sed immensis censibus esse pares.
nempe dat haec cuicumque libet fortuna rapitque,
  Irus et es subito, qui modo Croesus erat.
singula quid referam? nil non mortale tenemus
  pectoris exceptis ingeniique bonis.
en ego, cum patria caream vobisque domoque,
  raptaque sint, adimi quae potuere mihi,
ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque:

---

20. *vates Lesbia* = Sappho. — 21. *nunc* atrib. = *praesens*; isp. grč. ἡ νῦν μοῖρα ἐμή. — 23. *legebam*. v. 1. 43. — 25. *modo* ‚tek‘, ‚upravo‘. — 26. *cessaras* sc. *facere versus; causa eram* sc. tibi. — 27—28. konstr. *forsitan ex meae p. tu qu. sis f. secuta*, t. j. možda si i ti ustrašena mojom sudbinom napustila pjesništvo. — 34. *antiqua*, ‚pređašnje‘ t. j. nekoć tako lijepo. — 35. *forma*, ljepota. — 38. *querêre; speculum*, zrcalo kod starih bilo je od kovine. — 40. *sed finge*, ‚no stavimo‘, ‚ali neka‘. — 42. *Irus*, neki prosjak u kući Odisejevoj na Itaci; *Croesus*, kralj lidski, poznat sa svoga silnoga bogatstva. — 43. *quid*, čemu? τί — *non mortale* = *immortale*. — 47. *comitor*, pasiv. Ovidije rabi i *comito;* za smisao isp. *Omnia mea mecum porto*.

Caesar in hoc potuit iuris habere nihil,
quilibet hanc saevo vitam mihi finiat ense,
me tamen exstincto fama superstes erit,
dumque suis septem victrix de montibus orbem
prospiciet domitum Martia Roma, legar.
tu quoque, quam studii maneat felicior usus,
effuge venturos, qua potes, usque rogos!

Ex epistulis ex Ponto.

1. Rufino.

Hanc tibi Naso tuus mittit, Rufine, salutem:
qui miser est, ulli si suus esse potest.
reddita confusae nuper solacia menti
auxilium nostris spemque tulere malis.
utque Machaoniis Poeantius artibus heros
lenito medicam vulnere sensit opem,
sic ego mente iacens et acerbo saucius ictu
admonitu coepi fortior esse tuo;
et iam deficiens sic ad tua verba revixi,
ut solet infuso vena redire mero.
non tamen exhibuit tantas facundia vires,
ut mea sint dictis pectora sana tuis.
ut multum demas nostrae de gurgite curae,
non minus exhausto, quod superabit, erit.

48. *in hoc* (ak.): ‚na to' ili ‚nad tim'. — 50. *superst. erit,* preživjeti će. — 52. Martia kao θυγάτηρ Ἄρεος u dvojakom smislu. — 53. *maneat* spoji sa *quam* v. Pavec §. 220. Gol. 212; *usus,* uspjeh. — 54. *quâ* (sc. *parte) potes,* ‚koliko ti je moguće'; *rogos* = ‚*mortem*' kao ‚*mortalitatem*'.

1. 2. Konstr.: *si ulli suus esse potest* (is) *qui* etc. Tim se tumuči *tuus* u 1. stihu. — 3. *reddita sol.* sc. *litteris tuis, reddere,* dati; *confusus,* smeten, preneražen. — 5. *Poeant. heros* = *Filoktet,* poznati vlasnik luka i strjelica Heraklovih, sp. *vulnere lenito Machaon. artibus.* — 7. *iacens,* bolan, pokunjen. — 9. *deficiens* (sc. *animo* no i aps.), ‚klonući duhom' ‚zdvojan'. — 11. *facundia,* sc. *tua.* — 13. *ut* concess. — 14. konstr. *id quod superabit* (= će preostati) *non minus erit exhausto* (= *quam quod exhaustum erit*).

tempore ducetur longo fortasse cicatrix.
horrent admotas vulnera cruda manus.
non est in medico semper, relevetur ut aeger:
interdum docta plus valet arte malum.
cernis, ut e molli sanguis pulmone remissus
ad Stygias certo limite ducat aquas.
afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,
sanabit nulla vulnera cordis ope.
tollere nodosam nescit medicina podagram,
nec formidatis auxiliatur aquis.
cura quoque interdum nulla medicabilis arte est;
aut, ut sit, longa est extenuanda mora.
cum bene firmarunt animum praecepta iacentem
sumptaque sunt nobis pectoris arma tui,
rursus amor patriae ratione valentior omni,
quod tua fecerunt scripta, retexit opus.
sive pium vis hoc sive hoc muliebre vocari,
confiteor misero molle cor esse mihi.
non dubia est Ithaci prudentia; sed tamen optat
fumum de patriis posse videre focis.
nescio qua natale solum dulcedine cunctos
ducit et immemores non sinit esse sui.
quid melius Roma? Scythico quit frigore peius?
huc tamen ex illa barbarus urbe fugit.
cum bene sit clausae cavea Pandione natae,
nititur in silvas illa redire suas.
assuetos tauri saltus, assueta leones —

15. *ducetur* = *obducetur,* zarasti, zacijelit će. — 16. *horrent admotas manus* v. P. 200, 3. Gol. 186. a. — 17. *esse in* = ἔν τινι εἶναι, biti u vlasti = moći. — 19. *ut,* kako; *ad Styg. aquas* = *ad inferos.* — 21. *Epidaurius* sc. *deus* = *Aesculapius,* nazvan tako po Epidauru (u Argolidi), gdje mu bijaše slavan hram. — 23. *nodosam,* jer od ulogâ nateku krajnji udovi. — 24. *formidatae aquae* = ὑδροφοβία, bjesnoća — 26. *mora,* vrijeme. — 28. *arma,* naime: *tua consilia rationesque; nobis.* P. 226. Gol. 215. — 29. i 30. slika uzeta od tkanja, napose od poznate varke Penelopine; *texuĕrunt* v. P. metr. 14, 2. — 33. *Ithaci* i. e. *Ulixis; sed tamen optat . . . focis,* isp. Hom. *α.* 57. i dalje. — 35. *nescio qua* v. P. 361, pr. 2. Gol. 342, 3. — 39. *cum* concess.; *Pandione natae* = *Philomelae (meton. = lusciniae).* — 40. *nititur redire* mj. *ut redeat* isp. P. 346, 2. Gol. 320, 2. b.

nec feritas illos impedit —, antra petunt.
tu tamen exsilii morsus e pectore nostro
fomentis speras cedere posse tuis.
effice, vos ipsi ne tam mihi sitis amandi,
talibus ut levius sit caruisse malum!
at, puto, qua genitus fueram, tellure carenti
in tamen humano contigit esse loco?
orbius in extremi iaceo desertus arenis,
fert ubi perputuas obruta terra nives.
non ager hic pomum, non dulces educat uvas
non salices ripa, robora monte virent.
neve fretum laudes terra magis: aequora semper
ventorum rabie solibus orba tument.
quocumque aspicies, campi cultore carentes
vastaque, quae nemo vindicat, arva iacent.
hostis adest dextra laevaque a parte timendus
vicinoque metu terret utrumque latus.
altera Bistonias pars est sensura sarissas,
altera Sarmatica spicula missa manu.
i nunc et veterum nobis exempla virorum,
qui forti casum mente tulere, refer,
et grave magnanimi robur mirare Rutili
non usi reditus condicione dati:
Smyrna virum tenuit, non Pontus et hostica tellus,
paene minus nullo Smyrna petenda loco.
non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus;
legit enim sedes, Attica terra, tuas
arma Neoclides qui Persica contudit armis,

---

43. *morsus* = *vulnera*. — 46. konstr.: *ut levius sit mal. talibus sc amicis* (kakvi ste vi) *car.*; inf. aor. mj. *carere*. — 47. *carenti* = *quamvis caream*. — 48. *contigit (mihi) esse*, mj. *esse* pravilno? — *in tamen hum loca*, u kraju gdje barem ljudi žive. — 49. *arenae* = *stepa*, pustoš. — 53. *neve* = *et ne*. — 54. *soles*, sunčane zrake, ἥλιοι. — 57. *dextra*, *Thraces*; *sinistra*, *Sarmatae*. — 59. *altera* sc. *dextra*; *sensura est*, mora da osjeti; *Bístonius*, trački. — 63. *P. Rutilije Ruf*, znamenit govornik, kao jegat u Aziji god. 100. osuđen ode u Smirnu u progonstvo; ondje zanimajući se naucima odbije milost Sulinu, da se kući vrati. — 66. *paene min. nul. loco* = više no ikoje drugo mj. — 67. *patriâ* ovisno od *procul esse*; *Cyn. Sinop.* = Diogen, cinički filozof, oko 400 pr. Is., na glasu sa svoga jednostavnoga života. — 68. *legit* = elegit; *sedes tuas*, tebe za stanište, boravište. — 69. *Neoclides* = *Themistocles*. Prognan ostrakizmom pobježe u Argos.

Argolica primam sensit in urbe fugam.
pulsus Aristides patria Lacedaemona fugit,
inter quas dubium, quae prior esset, erat.
caede puer facta Patroclus Opunta reliquit
Thessalicamque adiit, hospes Achillis, humum.
exsul ab Haemonia Pirenida cessit ad undam,
quo duce trabs Colcha sacra cucurrit aqua.
liquit Agenorides Sidonia moenia Cadmus,
poneret ut muros in meliore loco.
venit ad Adrastum Tydeus Calydone fugatus,
et Teucrum Veneri grata recepit humus.
quid referam veteres Romanae gentis, apud quos
exsulibus tellus ultima Tibur erat?
persequar ut cunctos, nulli datus omnibus aevis
tam procul a patria est horridiorque locus
[quo magis ignoscat sapientia vestra dolenti,
qui facit ex dictis non ita multa tuis.]
nec tamen infitior, si possint nostra coire
vulnera, praeceptis posse coire tuis,
sed vereor, ne me frustra servare labores
neu iuver admota perditus aeger ope.
nec loquor haec, quia sit maior prudentia nobis,
sed sum quam medico notior ipse mihi.
ut tamen hoc ita sit, munus tua grande voluntas
ad me pervenit consuliturque boni.

---

72. *Quae* = utra; *priorem esse*, prednjačiti. — 73. *Patroclus* iz Opunta, vjeran prijatelj Ahilejev, morade poradi nehotice počinjena ubistva pobjeći iz Opunta te ode u Ftiju k Peleju, ocu Ahilejevu. — 75. *Haemonia*, staro ime za Tesaliju; *Pirenis unda*, Muzama posvećeno vrelo u Korintu; *cessit* sc. *Iason (exsul* apozitivno*)*, poznat sa svoga puta u Kolhidu, da donese ódande zlatno runo. — 76. *trabs sacra (sinekd.)* = splav Argo, građena djelomice od drva svetog dodonskog hrasta. — 77. *Cadmus*, vidi Metam. 6, 1. dolje u koment. — *liquit* = reliquit. — 79. *Tydeus*, sin Oinejev u Kalidonu, otac Diomedov. Ubivši svoga strica Alkatoja pobježe u Argos k Adrastu, koji mu svoju kćer dade za ženu. — 80. *Teucer* (Τεῦκρος) sin Telamonov, a polubrat Ajantov, bijaše izvrstan strijelac. Kad je od Troje došao kući bez brata, protjera ga otac, a on ode na Cipar *(Ven. gr. humus)* i ondje osnuje Salaminu. — 81. *veteres* = *maiores*. — 83. *ut concess*. — 85. *quo* = *eo igitur*; *ignoscat*, optativ; *sapientia vestra* = *vos sapientes*. — 86. *facit* = *proficit* (dobiva). — 88. *coire*, zarasti, zacijeliti. — 90. *perdit. aeger*, izgubljen bolesnik. — 93. *munus grande*, predikat. — 94. *boni consulo alqud* = za dobro primam, po volji mi je.

*

E libris Fastorum.

1. Posveta Germaniku.

Tempora cum causis Latium digesta per annum
lapsaque sub terras ortaque signa canam.
excipe pacato, Caesar Germanice, vultu
hoc opus et timidae dirige navis iter,
officioque, levem non aversatus honorem,
huic tibi devoto numine dexter ades.
sacra recognosces annalibus eruta priscis,
et quo sit merito quaeque notata dies.
invenies illic et festa domestica vobis:
saepe tibi pater est, saepe legendus avus.
Caesaris arma canant alii: nos Caesaris aras,
et quoscumque sacris addidit ille dies.
annue conanti per laudes ire tuorum,
deque meo pavidos excute corde metus.
da mihi te placidum: dederis in carmina vires;
ingenium vultu statque caditque tuo.
pagina iudicium docti subitura movetur
principis, ut Clario missa legenda deo.
quae sit enim culti facundia sensimus oris,
civica pro trepidis cum tulit arma reis.

1. 1. *tempora*, svetkovine; *cum causis* = et causas; *Latium* adjekt.; *digestus*, razređen. — 2. *signa* = *sidera*. — 3. *Germanicus*, posinak Tiberijev; isp. 10. *pater, avus (Augustus)*; *pacatus*, prijazan, blag. — 5—6. Spoji: *et huic officio, tibi devoto, numine dexter* (= numine dextro, milostivo), *ades levem hon. non aversatus, levis*, neznatan; *aversor*, prezreti, odbiti; *officium* štovanje; *honor*, počasni dar. — 7. *sacra* sveti običaji, svetkovine; *erutus*, na vidjelo iznesen, crpen. — 8. *notata*, označen, obilježen (naime kalendarskim znakom, n. pr. *F.* = *dies fastus*, *N* = *dies nefastus*). — 9. *festa dom. vobis*, vaše obiteljske svetkovine kao uspomene na sjajna djela itd. isp. v. 11. Takovom bi se prigodom davale obično pučke igre ili što slično. — 10. *pater*, sc. Tiberius. Ovaj je posinio Germanika, sina svog brata Druza; *avus*, Augustus. — 11. *Caesaris aras*, t. j. žrtvenike i hramove, što ih je August podigao. — 13. *ire per* = *persequi*. — 15. *da mihi . . . dederis* = *si te mihi plac. dabis, dederis; in carmina* sc. *componenda; dederis* kadšto u arzi dugo. — 17. *pagina*, knjiga, *movetur*, dršće. — 18. *Clario deo* = Apollini. Nazvan tako po gradu Klaru (blizu Kolofona), gdje mu bijaše slavan hram i proročište. — 19. *oris* i. e. *tui*. — 20. *civica* = *pacis;* Germanik bijaše vrstan vođ, no uzato i dobar govornik i pjesnik.

scimus et, ad nostras cum te tulit impetus artes,
ingenii currant flumina quanta tui.
si licet et fas est, vates rege vatis habenas,
auspicio felix totus ut annus eat.

2. Prvi dan siječnja.

Ecce tibi faustum, Germanice, nuntiat annum
inque meo primus carmine Ianus adest.
Iane biceps, anni tacite labentis origo,
solus de superis qui tua terga vides,
dexter ades ducibus, quorum secura labore
otia terra ferax, otia pontus habet;
dexter ades patribusque tuis populoque Quirini
et resera nutu candida templa tuo.
prospera lux oritur: linguis animisque favete!
nunc dicenda bono sunt bona verba die.
lite vacent aures, insanaque protinus absint
iurgia; differ opus, livida turba, tuum.
cernis, odoratis ut luceat ignibus aether
et sonet accensis spica Cilissa focis?
flamma nitore suo templorum verberat aurum
et tremulum summa spargit in aede iubar.

21. *impetus*, tvoj (pjesnički) zanos, oduševljenje. — 23. *si licet et fas est,* naime izreći koju želju. — 24. *auspicio felix* = *ausp. felici*, isp. v. 6. — *eat* = *decurrat.*

2. Prvi dan siječnja bijaše posvećen Janu: *dies factus*. Na taj bi dan čestitali Rimljani jedan drugomu. — 3. *Iane biceps,* kao bog sunca bijaše početnikom ljeta, mjeseca i dana; gleda u prošlost i budućnost, zato i atributi: *biceps, bifrons, geminus, biformis*. Slikahu ga s dva obraza. — 5. *dexter* milostiv; *ducibus:* Germanik, Druz i Tiberije; Spoji: *quorum labore terra ferax otia secura habet.* — 8. *resera templa*, za žrtvu i molitvu; *candida,* jer bi tad svjetina vrvjela u hramove u bijelu svečanu odijelu. — 9. *lux* = dies; *ling. anim. favete* (εὐφημεῖτε) ‚budite pobožni srcem i jezikom‘. — 12. *opus tuum: litem et iurgia.* — 13. *odoratis ig.* kao: tamjan žrtvovan i izvan hramova. — 14. *spica Cil. i. e. crocus*, šafran. — 15. *aurum*, zlatom urešen svod (v. 16 *summa in aede*), kamo se sjaj plamena kao ‚*bonum omen*‘ uzvio.

vestibus intactis Tarpeias itur in arces,
et populus festo concolor ipse suo est.
iamque novi praeeunt fasces, nova purpura fulget,
et nova conspicuum pondera sentit ebur.
colla rudes operum praebent ferienda iuvenci,
quos aluit campis herba Falisca suis.
Iuppiter arce sua totum cum spectet in orbem,
nil nisi Romanum, quod tueatur, habet.
salve, laeta dies, meliorque revertere semper,
a populo rerum digna potente coli!

3. Jan.

Quem tamen esse deum te dicam, Iane biformis?
nam tibi par nullum Graecia numen habet.
ede simul causam, cur de caelestibus unus,
sitque quod a tergo, sitque quod ante, vides?
haec ego cum sumptis agitarem mente tabellis,
lucidior visa est, quam fuit ante, domus.
tunc sacer ancipiti mirandus imagine Ianus
bina repens oculis obtulit ora meis.
exstimui sensique metu riguisse capillos,
et gelidum subito frigore pectus erat.
ille tenens baculum dextra clavemque sinistra
edidit hos nobis ore priore sonos:
Disce metu posito, vates operose dierum,

17. *Tarp. in arces* = *Capitolium*, kamo u ophodu stupahu 1. siječnja novoizabrani konzuli u pratnji senata, vitezova i puka, da žrtvuju kapitolinskomu Jupitru; *intactus* (i v. 18.) *concolor i. e. candidus.* — 19. *fasces, purpura*, znakovi konzulâ. — 20. *ebur*, t. j. *sella curulis*, službena stolica konzula, iskićena sjajnom *(conspicuum)* bjelokosti. — 21. *iuvenci*, bijeli (iz prijedjela falisačkoga); *rudes operum*, koji još nijesu bili ujarmljeni (za tĕženje). — 26. *rerum pot.* = *orbis terrarum p.*, ‚svijeta gospodar'; spoji: *(dies) digna a populo rer. pot. coli*, infin. uz *dignus* je pjesnički.

3. Nastavak. — 5. *tabellis*, pisaća tablica, da na njoj napiše pjesmu. — 7. *anceps*, u pravom značenju = *biceps*. — 10. *frigus*, groza. — 11. *baculum*, žezlo. — *clavis*, kao zaštitnik ulazâ i izlazâ. — 12. *os prius*, prednja, t. j. prema pjesniku okrenuta usta. — 13. *posito* = *depos.*; *operosus*, neumoran. *dierum* = *temporum*, isp. Fast. 1. 1.

quod petis, et voces percipe mente meas.
me Chaos antiqui — nam sum res prisca — vocabant:
aspice, quam longi temporis acta canam.
lucidus hic aër, et quae tria corpora restant,
ignis, aquae, tellus, unus acervus erat.
ut semel haec rerum secessit lite suarum
inque novas abiit massa soluta domos,
flamma petit altum, propior locus aëra cepit:
sederunt medio terra fretumque solo.
tunc ego, qui fueram globus et sine imagine moles,
in faciem redii dignaque membra deo,
nunc quoque, confusae quondam nota parva figurae,
ante quod est in me postque, videtur idem.
accipe, quaesitae quae causa sit altera formae,
hanc simul ut noris officiumque meum.
quidquid ubique vides, caelum, mare, nubila, terras,
omnia sunt nostra clausa patentque manu.
me penes est unum vasti custodia mundi,
et ius vertendi cardinis omne meum est.
cum libuit Pacem placidis emittere tectis,
libera perpetuas ambulat illa vias.
sanguine letifero totus miscebitur orbis,
ni teneant rigidae condita bella serae.
praesideo foribus caeli cum mitibus Horis:
it, redit officio Iuppiter ipse meo.
inde vocor Ianus. cui cum Cereale sacerdos

15. *res*, biće, — 17. *corpora*, počela. — 19. *haec* sp. s *massa* (pratvar) *soluta*; *rerum*, atomâ. — 21. *flamma* = *aether*; *petît* = *petiit*. — 22. *sederunt* = *subsederunt*; *medio solo (sede)*, zemlju pomišljahu stari u čvrstu prostoru u sredini svemira. — 23. *sine imagine* (atrib. za *moles*), bezličan. — 25. *confusae ... figurae*, apozicija za cijelu rečenicu. — 26. *postque*, t. j. *et quod post est in me*; *ante* i *post* kao adverb. — 28. *officium*, zvanje, služba. — 32. *cardinem vertere*, ‚vrata otvorati' i ‚zatvorati'; *cardo* je čep, stožer, na kojem vrata stoje. — 33. *libuit*, Pav. 326. Gol. 303.; *plac. tectis*, iz mirne kuće, t. j. iz moga hrama. Za vrijeme mira bijaše hram Janov zatvoren. — 34. *libera*, bez zapreke; *ambulat vias*, kakav ak.? — 36. *condita*, ‚pod zatvorom'; isp. *obsessum tenere*. — 37. *Horae* čuvaju i u Ilijadi vrata nebeska. — 39. *inde*, naime od moje službe kao vratara, jer i riječi *‚ianuae'*, *‚iani'* potječu od Jana; *cui* = *mihi*; *Cereale libum*, kolač prigotovljen od brašna i meda.

imponit libum farraque mixta sale,
nomina ridebis; modo namque Patulcius idem
et modo sacrifico Clusius ore vocor.
scilicet alterno voluit rudis illa vetustas
nomine diversas significare vices.
vis mea narrata est; causam nunc disce figurae:
iam tamen hanc aliqua tu quoque parte vides.
omnis habet geminas, hinc atque hinc, ianua frontis.
e quibus haec populum spectat, at illa larem.
utque sedens primi vester prope limina tecti
ianitor egressus introitusque videt,
sic ego perspicio, caelestis ianitor aulae,
eoas partes hesperiasque simul.
ora vides Hecates in tres vertentia partes,
servet ut in ternas compita secta vias;
et mihi, ne flexu cervicis tempora perdam,
cernere non moto corpore bina licet'.
dixerat; et vultu, si plura requirere vellem,
difficilem mihi se non fore fassus erat.
sumpsi animum gratesque deo non territus egi,
verbaque sum spectans pauca locutus humum:
,Dic, age, frigoribus quare novus incipit annus,
qui melius per ver incipiendus erat?
omnia tunc florent, tunc est nova temporis aetas,
et nova de gravido palmite gemma tumet;
et modo formatis operitur frondibus arbor,
prodii et in summum seminis herba solum;
et tepidum volucres concentibus aëre mulcent
ludit et in pratis luxuriatque pecus.
tum blandi soles, ignotaque prodit hirundo

40. *imponit* sc. *aris; farra m. sale = mola salsa.* — 41. Pridjevci: *Patulcius (pateo)* i *Clusius (claudo)* tumače se po sebi. — 44. *vices,* isto što *officium* v. 28. — 45. *vis,* ,bit', ,služba'. — 46. *hanc* sc. *causam.* — 48. *haec* sc. *frons; Lar,* bog zaštitnik kuće stajaše u atriju. — 52. *partes* ,strane'. — 53. *Hecate,* kao podzemnu božicu čarolijâ i smrti štovahu ponajviše na raskršću. Slikahu je s tri glave; *vertentia = versa* — 58. *difficilis,* srdit. — 60. *spectans humum,* naime od smjernog poštovanja. — 61. *frigoribus,* u studeno doba. — 64. *gemma:* pup, oko u trsa. — 69. *ignota,* naime preko zime.

et luteum celsa sud trabe figit opus;
tum patitur cultus ager et renovatur aratro:
haec anni novitas iure vocanda fuit.'
quaesieram multis; non multis ille moratus
contulit in versus sic sua verba duos:
,Bruma novi prima est veterisque novissima solis:
principium capiunt Phoebus et annus idem.'
post ea mirabar, cur non sine litibus esset
prima dies. ,Causam percipe!' Ianus ait.
,Tempora commisi nascentia rebus agendis,
totus ab auspicio ne foret annus iners.
quisque suas artes ob idem delibat agendo
nec plus quam solitum testificatur opus.'
mox ego: ,Cur, quamvis aliorum numina placem,
Iane, tibi primun tura merumque fero?'
,Ut possis aditum per me, qui limina servo,
ad quoscumque voles' inquit habere deos'.
,At cur laeta tuis dicuntur verba Kalendis,
et damus alternas accipimusque preces?'
tum deus incumbens baculo, quem dextra gerebat,
,Omina principiis' inquit ,inesse solent.
ad primam vocem timidas advertitis aures,
et visam primum consulit augur avem.
templa patent auresque deum, nec lingua caducas
concipit ulla preces, dictaque pondus habent.'
desierat Ianus; nec longa silentia feci,
sed tetigi verbis ultima verba meis:
,Quid vult palma sibi rugosaque carica' dixi'

71. *cultūs,* ak. — 72. haec ,to doba'; — *novitas anni, id est: novus annus.* — 75. *bruma, ,dicta bruma, quod brevissimus tunc dies est'; novissima,* posljednji. — 76. *Phoebus* = sol. — 79. *committere,* predati, namijeniti. — 80. *ab auspicio,* radi kobi, jer ,ἀρχῆς κακῆς τέλος κακόν.' — 81. *delibat,* ,kuša', dakle ne obavlja posao kao obično, zašto i nije to u opreci s Fast. 2, 11. — 82. *nec plus* sc. *facit.* — 87. *laeta verba* isp. Fast. 2. 10. — 88. *preces,* želje, čestitke. — 92. *consulere* ili *observare* stalni su izrazi za motrenje ptica po auguru. — 93. *caducus = irritus,* isprazan, bezuspješan. — 94. *pondus,* vrijednost, sila. — 97. *quid v. sibi,* Pav. 217. Primj. Gol. 211. bilj. Dalje je govor o darovima *(strenae)*, kojima se darivahu o novoj godini, kao: suhe (zato *rugosa*) datule *(palma)*, smokve *(carica* sc. *ficus)*, med i novac *(stips)*.

,et data sub niveo candida mella cado?'
,Omen' ait ,causa est, ut res sapor ille sequatur,
et peragat coeptum dulcis ut annus iter.'
,Dulcia cur dentur, video; stipis adice causam,
pars mihi de festo ne labet ulla tuo.'
risit et ,O quam te fallunt tua saecula', dixit
,qui stipe mel sumpta dulcius esse putas!
vix ego Saturno quemquam regnante videbam,
cuius non animo dulcia lucra forent.
tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi;
vix ultra, quo iam progrediatur, habet.
pluris opes nunc sunt, quam prisci temporis annis,
dum populus pauper, dum nova Roma fuit,
dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum,
et dabat exiguum fluminis ulva torum.
Juppiter angusta vix totus stabat in aede,
inque Jovis dextra fictile fulmen erat.
frondibus ornabant, quae nunc Capitolia gemmis,
pascebatque suas ipse senator oves.
[nec pudor in stipula placidam cepisse quietem
et faenum capiti supposuisse fuit].
iura dabat populis posito modo praetor aratro,
et levis argenti lamina crimen erat.
at postquam fortuna loci caput extulit huius,
et tetigit summo vertice Roma deos,
creverunt et opes et opum furiosa cupido,
et, cum possideant plurima, plura petunt.
quaerere, ut absumant, absumpta requirere certant,
atque ipsae vitiis sunt alimenta vices.

99. *res*, događaji u godini. — 101. *stips*, stari *as* s glavom Jana i lađicom. — 102. *labere*, klimati se; stoga ovdje: ,biti nejasnu' — 106. *forent*, Pav. 359, 3; Gol. 338. 2a) tako i *progrediatur* u v. 108 — 109. *pluris opes sunt* = više vrijedi = više se čezne za bogatstvom. — 110. *nova* = *recens*. — 111. *capiebat*, zadovoljavaše. — 113. *totus* = *erectus*, uspravno (kao potp. predik.) — 114. *fictile* (opp. *aureum*), glinen; kip sam bijaše od drva. — 115. Konstr. *frond. ornab. Cap., quae nunc gemmis (ornant)*. — 119. *iura dabat*, ,sud suđaše'. — 120. Za vrijeme rata s Pirhom držaše se za rasipnost. ako bi tko imao nekoliko srebrnih pločica. Tako je konzular Kornelije Rufin, koji je volio sjaj, bio izbrisan iz listine senatorske, jer je imao u porabi 10 funti izrađena srebra. — 121. *loci* sc. *Romae*. — 124. *cum*, premda. — 126. *vices*, promjena o tečenju (kod nestašice) i rastjecanju rađa lakomost i rasipnost.

sic quibus intumuit suffussa venter ab unda,
quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae.
in pretio pretium nunc est: dat census honores,
census amicitias, pauper ubique iacet.
tu tamen auspicium si sit stipis utile, quaeris,
curque iuvent vestras aera vetusta manus?
aera dabant olim, melius nunc omen in auro est,
victaque concessit prisca moneta novae.
nos quoque templa iuvant, quamvis antiqua probemus,
aurea: maiestas convenit ista deo,
laudamus veteres, sed nostris utimur annis;
mos tamen est aeque dignus uterque coli.'
finierat monitus. pavidis ita rursus, ut ante,
clavigerum verbis alloquor ipse deum:
,At cur pace lates motisque recluderis armis?'
nec mora, quaesiti reddita causa mihi est.
,Ut populo reditus pateant ad bella profecto,
tota patet dempta ianua nostra sera.
pace fores obdo, ne qua discedere possit;
caesareoque diu nomine clusus ero.'
dixit et attolens oculos diversa tuentes
aspexit toto quidquid in orbe fuit.
pax erat, et vestri, Germanice, causa triumphi,
tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.
Iane, fac aeternos pacem pacisque ministros,
neve suum, praesta, deserat auctor opus.

127. Spoji: *sic* (ab iis), *quibus venter int. ab unda suff.* (vodena bolest), (eo) *plus aquae* etc. — 128. *sitiuntur* pas. prema ,*sitîre aquam*', kao što se veli ,*sitire sanguinem*', Pav. 198. extr. Gol. 187. 3. — 129. *in pretio pr. n. est* ,danas vrijedi samo novac'; *census* procjena imovine, a tad: imovina, imutak. — 130. *iacet*, je preziran. — 131. *auspicium stipis: auspic.* (= omen) što ga ima *stips*; *si*, da li, Pav. 365, 2. Gol. 342, 2. — 133. Za Servija Tulija upotrebljavahu Rimljani samo mjeden novac sa slikom životinje (odatle i naziv ,*pecunia*'). Počev od god. 217 pr. Kr. kovali bi već novac od zlata. — 137. *veteres* sc. *annos* (vremena). — 139. *monitus*, pouka. — 144. *sera* prijevornica, koja se je mogla skinuti, kad bi se vrata otvorala. — 145. *qua*, kuda; *possit* sc. pax. — 146. *caes. nomine*, t. j. već samim glasom (strahom) njegova imena. — 147. *diversa tuentes*, v. vr. 82. — 150. *Rhenus* (personif). Ime rijeke stoji ovdje za zemlju, kroz koju teče; tako često Nil za Egipat, Eufrat za Partiju i dr.; *famulas*, prolept. = da ti služe. — 151. *pacis ministri*, nosioci mira. — 152. *auctor pacis*, Germanik.

4. Feriae sementinae.

(Na svetkovinu za dobru žetvu.)

State coronati plenum ad praesepe iuvenci;
cum tepido vestrum vere redibit opus.
rusticus emeritum palo suspendat aratrum;
omne reformidat frigida vulnus humus.
vilice, da requiem terrae, semente peracta
da requiem, terram qui coluere, viris.
pagus agat festum; pagum lustrate, coloni,
et date paganis annua liba focis.
placentur frugum matres, Tellusque Ceresque,
farre suo gravidae visceribusque suis.
officium commune Ceres et Terra tuentur:
haec praebet causam frugibus, illa locum,
consortes operis, per quas correcta vetustas,
quernaque glans victa est utiliore cibo,
frugibus immensis avidos satiate colonos,
ut capiant cultus praemia digna sui.
vos date perpetuos teneris sementibus auctus,
nec nova per gelidas herba sit usta nives.
cum serimus, caelum ventis aperite serenis,
cum latet, aetheria spargite semen aqua.
neve graves cultis Cerealia dona, cavete,
agmine laesuro depopulentur aves.
vos quoque, formicae, subiectis parcite granis:
post messem praedae copia maior erit.

5. Ova pomična svetkovina zvala se „*paganalia*‘. Svetkovali bi je u januaru poslije svršene sjetve sakupljeni veseli seljaci pojedinih kotara na čast svojih bogova poimence boginje Tellus i Ceres.

4. *vulnus*, zadana raonikom (lemešem). — 8. *libum*, gibanica od pira *(farre 10)*, meda i ulja; *focis*, kao religiozno središte kuće, kotara i države. — 10. *farre suo.* jer je pir bila obična njihova žrtva kao božicama plodinâ. — *suis* gnt. od *sus.* — 12. *haec, Ceres; illa, Tellus (Terra).* Cereru držahu znamenitijom božicom; *causa,* klica. — 14. *querna glans,* neke se vrste žira jedu još i danas; kod starih se pjesnika spominje žir kao glavna hrana divljih naroda prije uvedenja poljodjelstva. — 15. *avidos,* jer nezadovoljni srednjom žetvom. — 16. *cultus sui,* gnt. mjesto abl. (grecizam). — 18. *usta: uri* rabi često i u prozi u značenju: ozepsti, pozepsti. — 19. *serenus* u aktiv. znač. — 20. *latet* sc. *semen in terra*; *aetheria aqua* = *pluvia.* — 21. konstr. *et cavete, ne graves* (škodljive) *cultis* (dativ) *aves Cer.* etc. — 23 *subiectis* sc. *terrae.*

interea crescat scabrae robiginis expers
nec vitio caeli palleat aegra seges.
et neque deficiat macie neque pinguior aequo
divitiis pereat luxuriosa suis.
et careant loliis oculos vitiantibus agri,
nec sterilis culto surgat avena solo.
triticeos fetus passuraque farra bis ignem
hordeaque ingenti fenore reddat ager!
haec ego pro vobis, haec vos optate coloni,
efficiatque ratas utraque diva preces.
bella diu tenuere viros; erat aptior ensis
vomere, cedebat taurus arator equo.
sarcula cessabant, versique in pila ligones,
factaque de rastri pondere cassis erat.
gratia dis domuique tuae: religata catenis
iampridem vestro sub pede bella iacent.
sub iuga bos veniat, sub terras semen aratas
pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.

5. Arion.

Quod mare non novit, quae nescit Ariona tellus?
carmine currentes ille tenebat aquas.
saepe sequens agnam lupus est a voce retentus,
saepe avidum fugiens restitit agna lupum,
saepe canes leporesque umbra iacuere sub una
et stetis in saxo proxima cerva leae;
et sine lite loquax cum Palladis alite cornix
sedit, et accipitri iuncta columba fuit.
Cynthia saepe tuis fertur, vocalis Arion,

26. *vitium caeli,* zlo (kišno) vrijeme, *aegra,* prolept. — 27. *aequo,* abl. comp. Pav. 253. Pr. 4. Gol. 224. bilj. 2. — 29. *lolium* ‚ljulj‘ kao i ‚glošinj‘ (*sterilis avena*) bijahu korov. — 31. *bis ignem,* stari bi Rimljani pir prije, nego bi ga umijesili, pržili i tek onda pekli držeći, da je tad kruh zdraviji. — 34. *effic. ratas* ‚uslišile‘. — 39. *tuae i. e Germanici; religata* isp. Fast 3. 36.

5 1. *Ariona* mj. *Arionem* poradi metra. — 2. *tenebant* = *retineb.* — 4. *restitit,* stade, ustavi se. — 7. *Palladis ales* sova. Priča veli, da je Minerva zamrzila na vranu, što je ona izbrbljala neku tajnu; odatle i neprijateljstvo među vranom i šutljivom sovom. — 9. *Cynthia* = *Diana,* nazvana tako po brdu Cynthus na otoku Delu.

tamquam fraternis obstipuisse modis.
nomen Arionium Siculas impleverat urbes,
captaque erat lyricis Ausonis ora sonis.
inde domum repetens puppem conscendit Arion,
atque ita quaesitas arte ferebat opes.
forsitan, infelix, ventos undasque timebas;
at tibi nave tua tutius aequor erat.
namque gubernator destricto constitit ense,
ceteraque armata conscia turba manu.
quid tibi cum gladio? dubiam rege, navita, puppem!
non haec sunt digitis arma tenenda tuis.
ille, metu vacuus, ‚Mortem non deprecor' inquit,
‚sed liceat sumpta pauca referre lyra'.
dant veniam ridentque moram. capit ille coronam,
quae possit crines, Phoebe, decere tuos;
induerat Tyrio bis tinctam murice pallam;
reddidit icta suos pollice chorda sonos,
flebilibus numeris veluti canentia dura
traiectus penna tempora cantat olor.
protinus in medias ornatus desilit undas:
spargitur impulsa caerula puppis aqua.
inde — fide maius — tergo delphina recurvo
se memorant oneri suppusuisse novo.
ille sedens citharamque tenens pretiumque vehendi
cantat et aequoreas carmine mulcet aquas.
di pia facta vident: astris delphina recepit
Iuppiter et stellas iussit habere novem.

---

10. *modi,* napjevi, melodije. — 12. *Ausonis,* italska. — 14. *ita* t. j. *puppi* ili *nave.* — 15. *forsitan* s indik. vrlo rijetko, isp. Pav. 367, 2. Pr. 3. Gol. 342, 3. 3. bilj. — 18. *conscia* = *coniurata* (sc. gubernatori). — 19. riječi pjesnika na krmara: *quid t. c. gl.?* ‚što će ti bodež?' *dubiam,* nestalan, neodlučan. — 21. *ille* sc. *Arion.* — 23. *coronam,* pjesnici, prije nego će pjevati, stavili bi sebi na glavu vijenac od lovorike, masline ili bršljana. — 25. *murice, (meton).* grimiz (mastilo). — 26. *reddidit,* odjeknu; *suos,* t. j. svojima vlastitima = prekrasnima. — 27. Spoji *veluti olor cantat fleb. num. temp. canentia* (od *caneo,* ak. smjera) *traiec. dura penna; penna* = *sagitta;* jer bi na strjelicu, da upravo leti, pričvršćivali perje. — 30. *impulsa* od skoka. — 31. *fide maius,* više nego vjerojatno. — 33. *pretium cantat,* pjeva pjesmu kao platu za vozarinu.

6. Faunalia; propast Fabijevaca.

Idibus agrestis fumant altaria Fauni,
hic ubi discretas insula rumpit aquas.
haec fuit illa dies, in qua Veientibus armis
ter centum Fabii ter cecidere duo.
una domus vires et onus susceperat urbis:
sumunt gentiles arma professa manus.
egreditur castris miles generosus ab isdem,
e quis dux fieri quilibet aptus erat.
Carmentis portae dextro est via proxima Iano;
ire per hanc noli, quisquis es: omen habet.
ut celeri passu Cremeram tetigere rapacem —
turbidus hibernis ille fluebat aquis —
castra loco ponunt: destrictis ensibus ipsi
Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt,
non aliter, quam cum Libyca de gente leones
invadunt sparsos lata per arva greges.
diffugiunt hostes inhonestaque vulnera tergo
accipiunt: Tusco sanguine terra rubet.
sic iterum, sic saepe cadunt. ubi vincere aperte
non datur, insidias armaque tecta parant.
campus erat, campi claudebant ultima colles
silvaque montanas occulere apta feras.
in medio paucos armentaque rara relinquunt,
cetera virgultis abdita turba latet.

---

6. Faunalia svetkovahu 13. februara na čast boga Fauna na tiberskom otoku. Fabijevci, njih 306 iz kotara Fabijskoga, poginuše svi u boju protiv Vejenćana god. 477 pr. Kr. Isp. Liv. II. c. 48--50.

2. *discretas,* proleptično za *rumpit,* ‚lomeći rastavlja'. — 5. *vires,* bojna snaga; *onus,* obrana. — 6. *gentiles* = *unius gentis; professa,* (pasivno) ‚ponuđeno' (gradu). — 7. *miles,* u opreci prema ‚*dux*', prosti vojnik, momak; *castris,* mj. *gente,* iz iste kuće. — 8. *quis* = *quibus.* — 9. najkraći put naime na vejentsko zemljište vodi preko desnoga Iana *(ianus),* prolaz kroz karmentska vrata. Karmentska vrata na jugozapadnom obronku Kapitola imađahu dva luka (*iani* ili *fornices*); desni od njih nazvan bi zbog nesreće Fabijevaca ‚*porta scelerata*'; *dextro iano,* abl. Pav. § 260, Gol. 239. 2. — 10. *omen* sc. *malum.* — 13. *loco* = *illo loco,* ‚ondje'. — 14. *Tyrrhenum i. e. Etruscorum,* kamo se pribrajahu i Vejenćani; *valido Marte* ‚baš junački' *eunt per a.* = *perrumpunt agmen.* — 19. *aperte,* na otvorenom polju. — 21. *ultima campi* = *ultimum campum* (Pav. 277), Gol. 263. ili *ultimas partes campi,* isp. grč. ἔσχατα γαίης.

ecce velut torrens, undis pluvialibus auctus
aut nive, quae zephyro victa tepente fluit,
per sata perque vias fertur nec, ut ante solebat,
riparum clausas margine finit aquas:
sic Fabii vallem latis discursibus implent,
quodque vident, sternunt nec metus alter inest.
quo ruitis, generosa domus? male creditis hosti!
simplex nobilitas, perfida tela cave!
fraude perit virtus; in apertos undique campos
prosiliunt hostes et latus omne tenent.
quid faciant pauci contra tot milia fortes?
quidve, quod in misero tempore restet, adest?
sicut aper longe silvis Laurentibus actus
fulmineo celeres dissipat ore canes,
mox tamen ipse perit: sic non moriuntur inulti
vulneraque alterna dantque feruntque manu.
una dies Fabios ad bellum miserat omnes:
ad bellum missos perdidit una dies.
ut tamen Herculeae superessent semina gentis,
credibile est ipsos consuluisse deos;
nam puer impubes et adhuc non utilis armis
unus de Fabia gente relictus erat:
scilicet ut posses olim tu, Maxime, nasci,
cui res cunctando restituenda foret.

7. Izloženje Romula i Rema.

Silvia Vestalis caelestia semina partu
ediderat patruo regna tenente suo.
is iubet auferri parvos et in amne necari:

28. *clausas,* proleptično za *finit.* — 29. *discursus,* četovanje. — 30. *metus alter* = *m. alterius,* naime strah pred neprijateljima, koji bijahu u zasjedi (Pav. 240, Primj. 3) Gol. 196. b. 4. — 31. *male,* na svoju nesreću. — 32. *simplex,* bezazlen. — 34. *tenent* = *celeriter occupant.* — 36. *tempus,* položaj, — 38. *fulm. ore* svojim strjelovitim zubom; razumijeva se strijela kao djelovna sila. — 40. *ferunt,* zadobivaju; *altera manu,* izmjenice. — 43. *Hercul. g.,* Fabijevci izvođahu rod svoj od Herkula i neke kćeri Evandrove. — 45. *non utilis* nesposoban. — 46. *relictus,* sc. *domi.* — 47. *Maxime:* glasoviti *Qu. Fabije M. Cunctator.* — 48. *res i. e. res ruplica.*

7. 2. *patruo* sc. *Amulio.*

quid facis? ex istis Romulus alter erit!
jussa recusantes peragunt lacrimosa ministri,
flent tamen et geminos in loca iussa ferunt.
Albula, quem Tiberim mersus Tiberinus in undis
reddidit, hibernis forte tumebat aquis.
hic, ubi nunc fora sunt, lintres errare videres,
quaque iacent valles, Maxime Circe, tuae.
huc ubi venerunt — neque enim procedere possunt
longius — ex illis unus et alter ait:
At quam sunt similes! at quam formosus uterque!
plus tamen ex illis iste vigoris habet.
si genus arguitur vultu, nisi fallit imago,
nescio quem vobis suspicer esse deum —
at si quis vestrae deus esset originis auctor,
in tam praecipiti tempore ferret opem.
ferret opem certe, si non ope mater egeret,
quae facta est uno mater et orba die.
nata simul, moritura simul ite sub undas,
corpora! desierat, deposuitque sinu.
vagierunt ambo pariter; sensisse putares.
hi redeunt udis in sua tecta genis.
sustinet impositos summa cavus alveus unda:
heu quantum fati parva tabella tulit!
alveus in limo silvis appulsus opacis
paulatim fluvio deficiente sedet.
arbor erat — remanent vestigia — quaeque vocatur
Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.
venit ad expositos — mirum! — lupa feta gemellos:

4. Apostrofa na Amulija. — 5. *recusantes* = *inviti.* — 7. *Tiberius,* neki kralj Albe Longe, od kojega zadobi Albula ime Tiber. — 9. *fora,* kao: *forum Romanum, boarium* i dr., svi ti bijahu u dolinama. — *videres,* Pav. 334 Pr. Gol. 312. I. b. — 14. *iste,* ὅδε, pokazujući na Romula. — 15. *imago,* εἶδος, spoljašni lik. — 16. *nescio quem* = *aliquem,* Pav. 361, Pr. 2. G. 342, 1 B. 3. — konstr. *nescio quem deum suspicer* (potencijal) *vobis esse* sc. patrem (što se ovdje lako potpuni iz *genus* st. 15.). — 18. *praeceps* = *periculosus,* — 19. *ferret opem,* subj. *mater;* jer je i ovu, kako priča veli, Amulije bacio u rijeku Anij ili Tiberu. — 23. *vagiĕrunt* Pav. Metr. 14. 2. — *sensisse* sc. *eos,* naime svoj položaj. — *putares.* v. st. 9. *videres,* — 25. *impositos* sc. alveo. — 26. *tabella* = *alveus.* — 29. *arbor erat* sc. *ibi.* — 31. *feta,* aktivno: ‚što je tek okotila‘.

quis credat pueris non nocuisse feram?
non nocuisse parum est, prodest quoque; quos lupa nutrit,
perdere cognatae sustinuere manus!
constitit et cauda teneris blanditur alumnis
et fingit lingua corpora bina sua.
Marte satos scires: timor afuit, ubera ducunt
nec sibi promissi lactis aluntur ope.
illa loco nomen fecit, locus ipse Lupercis:
magna dati nutrix praemia lactis habet. —
Martia ter senos proles adoleverat annos,
et suberat flavae iam nova barba comae.
omnibus agricolis armentorumque magistris
Iliadae fratres iura petita dabant.
saepe domum veniunt praedonum sanguine laeti
et redigunt actos in sua rura boves.
ut genus audierunt, animos pater editus auget
et pudet in paucis nomen habere casis:
Romuleoque cadit traiectus Amulius ense,
regnaque longaevo restituuntur avo.

8. Osnivanje Rima i smrt Rema.

Jam luerat poenas frater Numitoris, et omne
pastorum gemino sub duce vulgus erat.
contrahere agrestes et moenia ponere utrique
convenit; ambigitur, moenia ponat uter.
,Nil opus est' dixit ,certamine' Romulus ,ullo;

---

36. *fingit*, čisti, liže. — *corpora bina* mj. *duo*, kao jedan par isp. Pav. i Gol. 78, a. — 37. *Marte satos*, koje što ne pokazivahu straha, koje što bijaše vuk posvećen Martu. — 38. Spoji: *et aluntur ope lactis sibi non promissi*; *nec* proteže se samo na *promissi*. — 39. *nomen* sc. *Lupercal*. — 41. *Martia*, s obzirom na rod i hrabrost. — 44. *Iliadae*, *filii Iliae* (t. j. *Rheje Silvije*). — *iura dabant*, v. Fast. 3. 119. — 46. *actos* = *abactos*. — 47. *pater editus*, (naime: *a Faustulo*), sc. *Mars*; isp. Met. 5, 42. — 48. *nomen*, pregnantno: ,slavno ime'. — 50. *avo* sc. *Numitori*.

8. Palilija, koja bi se slavila 21. travnja kao na dan osnivanja grada. 2. *gemino sub duce*, sc. *Romulo et Remo*. — 3 *utrique* = inter utrumque. — 4. *moenia ponat uter*, ne misli se doslovce, već: ,tko da osnuje grad', jer će utemeljitelj dati ime gradu i upravljati njim (*arbitrium urbis habet* v. 10).

magna fides avium est: experiamur aves.'
res placet, alter adit nemorosi saxa Palati;
alter Aventinum mane cacumen init.
sex Remus, hic volucres bis sex videt ordine; pacto
statur, et arbitrium Romulus urbis habet.
apta dies legitur, qua moenia signet aratro.
sacra Palis suberant; inde movetur opus.
fossa fit ad solidum; fruges iaciuntur in ima,
et de vicino terra petita solo.
fossa repletur humo, plenaeque imponitur ara,
et novus accenso fungitur igne focus.
inde premens stivam designat moenia sulco;
alba iugum niveo cum bove vacca tulit.
vox fuit haec regis: ,Condenti, Juppiter, urbem,
et genitor Mavors Vestaque mater, ades!
quosque pium est adhibere deos, advertite cuncti!
auspicibus vobis hoc mihi surgat opus.
longa sit huic aetas dominaeque potentia terrae,
sitque sub hac oriens occiduusque dies.'
ille precabatur, tonitru dedit omina laevo
Juppiter, et laevo fulmina missa polo.
augurio laeti iaciunt fundamina cives,
et novus exiguo tempore murus erat.
hoc Celer urget opus, quem Romulus ipse vocarat,
,Sint' que, ,Celer, curae' dixerat ,ista tuae.
neve quis aut muros aut factam vomere fossam
transeat: audentem talia dede neci.'
quod Remus ignorans humiles contemnere muros
coepit et ,His populus' dicere ,tutus erit?'

---

7. *alter* sc. *Romulus*. — 9. *volucres* sc. *vultures*. — 10. *stare in* ili samim abl., ostati pri čem; *arbitrium*, neograničena vlast. — 12. *sacra Palis: Palilia* (na čast boginje Pales). — 13. *ad solidum*, sve do tvrda tla, t. j. duboko. — *fruges iaciuntur*, naime: *boni ominis gratia*. — 21. *adhibere* = *implorare:* zazivati, moliti. — *advertite* sc. *vos* ili *oculos*. — 22. *auspicibus vobis*, pod vašim vođenjem, ili: ,budete li vi provodiči'. — 23. Spoji: *aetas et potentia sit longa huic dominae* (proleptično) *terrae*. — 24. *dies* = *sol*, strana svijeta = zapad. — 26. *laevo (polo* = *caelo)* za Rimljanina bijaše to znak srećne kobi, a protivno za Grka. — 29. *Celer*, naime: *dux (tribunus) celerum*, najstariji naziv rimskih vitezova kao straže kraljeve.

*

nec mora, transiluit; rutro Celer occupat ausum:
ille premit duram sanguinolentus humum.
haec ubi rex didicit, lacrimas introrsus obortas
devorat et clausum pectore vulnus habet.
flere palam non vult exemplaque fortia servat,
,Sic' que ,meos muros transeat hostis' ait.
dat tamen exsequias; nec iam suspendere fletum
sustinet, et pietas dissimulata patet.
osculaque applicuit posito suprema feretro,
atque ait, ,Invito frater adempte, vale!'
arsurosque artus unxit; fecere, quod ille,
Faustulus et maestas Acca soluta comas.
tum iuvenem nondum facti flevere Quirites,
ultima plorato subdita flamma rogo est.
Urbs oritur — quis tunc hoc ulli credere posset? —
victorem terris impositura pedem.
cuncta regas et sis magno sub Caesare semper,
saepe etiam pluris nominis huius habe;
et quotiens steteris domito sublimis in orbe,
omnia sint umeris inferiora tuis!

9. Apotheosa Romulova.

Nam pater armipotens postquam nova moenia vidit
multaque Romulea bella peracta manu,
,Juppiter,' inquit ,habet Romana potentia vires:
sanguinis officio non eget illa mei.
redde patri natum; quamvis intercidit alter,

35. *occupat,* udara, obara na tle. — 37. *didicit* = *comperit.* — 38. *clausum habet,* Pav. 403, 3, b. Gol. 365. — 39. *servat* = *observat, imitatur.* — 42. *pietas,* bratska ljubav. — 43. *applicuit,* sc. *fratri posito (in) feretro.* — 44. *invito* sc. *mihi.* — 46. *Faustulus* i *Acca (Larentia),* hranitelji Romula i Rema. — *soluta maestas comas.* Pav. 214, 2. Gol. 193, 2. — 47. *Quirites,* po priči nazvani ovako istom poslije sjedinjenja sa Sabincima. — 48. *ultima,* naposljetku, napokon, Pav. 277. Gol. 263. — 49. *posset,* Pav. 337. Gol. 316. — 50. *victorem* u adjekt. značenju za *,pedem'.* — 52. *pluris* = *plures.* — 54. *umeris,* t. j. *non capite solum.*

9. Quirinalia svetkovahu Rimljani na 17. veljače.

1. *pater,* naime Kvirinov: *Mars.* — 4. *sanguinis mei i. e. filii mei.* — 5. *quamvis:* s indik. često kod pjesnika. — *alter* sc. *Remus.*

pro se proque Remo, qui mihi restat, erit.
„unus erit, quem tu tolles in caerula caeli"
tu mihi dixisti; sint rata dicta Jovis."
Iuppiter adnuerat: nutu tremefactus uterque
est polus, et caeli pondera movit Atlas.
est locus, antiqui Capreae dixere paludem:
forte tuis illic, Romule, iura dabas.
sol fugit et removent subeuntia nubila caelum
et gravis eflusis decidit imber aquis.
hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus aether.
fit fuga: rex patriis astra petebat equis.
luctus erat falsaeque patres in crimine caedis,
haesissetque animis forsitan illa fides;
sed Proculus Longa veniebat Julius Alba
lunaque fulgebat nec facis usus erat,
cum subito motu saepes tremuere sinistrae —
rettulit ille gradus horrueruntque comae —
pulcher et humano maior trabeaque decorus
Romulus in media visus adesse via
et dixisse simul: ,Prohibe lugere Quirites,
nec violent lacrimis numina nostra suis.
tura ferant placentque novum pia turba Quirinum
et patrias artes militiamque colant.'
iussit, et in tenues oculis evanuit auras.
convocat hic populos iussaque verba refert.
templa deo fiunt; collis quoque dictus ab illo est,
et referunt certi sacra paterna dies.

6. *pro* ἀντί, = mjesto, za. — 7. *caerula caeli,* plavetno nebo. — 9. i 10. nasljedovanje Homera Il. A. 528. — 11. *Caprea palus,* na Martovu polju. — 12. *iura dare,* pravdu dijeliti, sud suditi, jer kralj bijaše ujedno vrhovni sudac. — 13. *sol fugit,* tumači se po onom, što slijedi. — 17. *falsae in crimine caedis (erant)* = *in falso crimine caedis* — 18. *illa fides* = *fides illius rei* (obj. gen.) — 21. *saepes,* drveće i grmlje kraj puta; *sinistrae,* (t. j.) s povoljne (srećne) strane. — 22. *rettulit gradus,* pokroči natrag. — 23. *humano* = *formâ humanâ* — 25. *prohibe lugere,* Pav. 350, Primj. 3. G. 321, b. bilj. 3. — 28. *ferant, placent;* constr. ad. syn. — 28. *patrias artes* = *patrios mores;* to se tumači iz: *militiam.* — 30. *populos,* sc. *Latinum et Sabinum* isp. Fast. 8, 47. — 31. *templa:* hram Kvirinov bijaše na Kvirinalu. — 32. *certi,* jer je to bio nepomičan svetac.

10. Feralia ili dušni dan.

Est honor et tumulis, animas placare paternas
parvaque in exstructas munera ferre pyras.
parva petunt manes; pietas pro divite grata est
munere; non avidos Styx habet ima deos.
tegula porrectis satis est velata coronis
et sparsae fruges parcaque mica salis
inque mero mollita Ceres violaeque solutae:
haec habeat media testa relicta via.
nec maiora veto; sed et his placabilis umbra est.
adde preces positis et sua verba focis.
hunc morem Aeneas, pietatis idoneus auctor,
attulit in terras, iuste Latine, tuas.
ille patris genio sollemnia dona ferebat.
hinc populi ritus edidicere pios.
at quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis
bella, parentales deseruere dies.
non impune fuit; nam dicitur omine ab isto
Roma suburbanis incaluisse rogis.
vix equidem credo, bustis exisse feruntur
et tacitae questi tempore noctis avi,
perque vias urbis Latiosque ululasse per agros
deformes animas, vulgus inane, ferunt.
post ea praeteriti tumulis redduntur honores,

---

10. Feralia svetkovahu Rimljani na 21. veljače za spomen mrtvaca. Onaj tjedan pred 21. bijahu tako zvani *‚dies parentales‘* (Parentalia), gdje bi svaka obitelj slavila uspomenu svojih pokojnika, dok ne bi napokon na dan Feralijâ svetkovinu završili.

1. *placare* i *ferre* izbliže označuju *honor.* — 2. *pyra* (πυρά) bijaše neka poput lomače načinjena *ara* za žrtvu, tako i v. 10 *foci;* — 4. *deos* = *divos manes.* — 5. *porricere* (=*proicere*) žrtvovati. — stih 6. opisuje t. z. *‚mola salsa‘.* — 7. *Ceres,* kruh. — *solutae* (neuvite u vijenac) *violae,* kao prvenci proljeća. — 8. *mediâ viâ* (abl. abs.): grobovi bijahu ponajviše pokraj glavne ceste. — 10. *sua* (τὰ προσήκοντα) t. j. koje njima pripadaju kao *vale, salve, placide requiescas,* etc. — 11. *auctor,* ugled, primjer. Vergilije ga zove: pius Aeneas. — 12. *Latine,* staroitalski kralj, koji je Eneju gostoljubivo primio. — 13. *patris,* naime Anhiza. — 14 *populi* sc. *Latini.* — 16. *deserere* (ostaviti) ‚ne svetkovati‘. — 17. *omine ab isto,* poradi toga ne svetkovanja. — 18. Paljenje mrtvaca obavljalo bi se kod groba *suburbanis;* isp. v. 8 *via*). — *incaluise,* poradi množine lomača. — 20. *questi* potp. *esse.* — *avi* = *animae maiorum.* — 22. *deformes* ‚bez lika‘ jer su bez tijela *(inanes).* — 23. *praeteritus,* zanemaren.

prodigiisque venit funeribusque modus.
dum tamen haec fiunt, viduae cessate puellae:
exspectet puros pinea taeda dies.
conde tuas, Hymenaee, faces et ab ignibus atris
aufer! habent alias maesta sepulcra faces.
di quoque templorum foribus celentur opertis,
ture vacent arae, stentque sine igne foci.
nunc animae tenues et corpora functa sepulcris
errant, nunc posito pascitur umbra cibo.

11. Zauzeće Gabijâ, Bruto.

Ultima Tarquinius Romanae gentis habebat
regna, vir iniustus, fortis ad arma tamen.
ceperat hic alias, alias everterat urbes,
et Gabios turpi reddidit arte suos.
namque trium minimus, proles manifesta Superbi,
in medios hostes nocte silente venit.
nudarant gladios: ‚Occidite‘ dixit ‚inermem!
hoc cupiant fratres Tarquiniusque pater,
qui mea crudeli laceravit verbere terga‘.
dicere ut hoc posset, verbera passus erat.
luna fuit: spectant iuvenem gladiosque recondunt
tergaque deducta veste notata vident.
flent quoque et, ut secum tueatur bella, precantur:
callidus ignaris adnuit ille viris.

---

24. *venit modus,* t. j. bivahu sve to rjeđa. — 25. *viduae puellae,* ‚djevice‘, *cessate,* ustrpite se. — 26. *pinea taeda,* svadbena zublja, koju bi dječak kod svadbe nosio pred zaručnicom. — 27. *Hymenaeus* (Ὑμέναιος) bog ženidbe. — 28. *sepulcra:* i kod sprovoda upotrebljavahu baklje. — 29. Za vrijeme tuge i žalosti zastirali bi kipove bogova na putovima i zatvarali njihove hramove. — 31. *corp. func. sepulc.* = pokopana tjelesa.

11. 2, *fortis ad arma, ad* u (oružju). — 5. *trium* sc. *filiorum.* — *minimus: Sextus Tarquinius.* — *manifesta* ‚prav pravcit‘ (po svomu značaju). — 7. *nudarant* sc. *hostes* (subjekt). — 8. *cupiant* conj. potent. (isp. βούλοιντο ἄν). — 13. *tueri* = *administrare.* — 14. *ignarus,* ne sluteći.

iamque potens misso genitorem appellat amico,
  perdendi Gabios quod sibi monstret iter.
hortus odoratis suberat cultissimus herbis
  sectus humum rivo lene sonantis aquae.
illic Tarquinius mandata latentia nati
  accipit et virga lilia summa metit.
nuntius ut rediit decussaque lilia dixit,
  filius ‚Agnosco iussa parentis' ait.
nec mora, principibus caesis ex urbe Gabina,
  traduntur ducibus moenia nuda suis.
Ecce, nefas visu, mediis altaribus anguis
  exit et exstinctis ignibus exta rapit.
consulitur Phoebus: sors est ita reddita, ‚Matri
  qui dederit princeps oscula, victor erit'.
oscula quisque suae matri properata tulerunt
  non intellecto credula turba deo.
Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset
  tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis.
ille iacens pronus matri dedit oscula Terrae,
  creditus offenso procubuisse pede.

12. Svetkovina Ane Perene.

Idibus est Annae festum geniale Perennae,
  haud procul a ripis, advena Thybri, tuis.
plebs venit ac virides passim disiecta per herbas
  potat et accumbit cum pare quisque sua
sub Iove pars durat, pauci tentoria ponunt;

15. *iamque potens* potp. *factus.* — *appellat* ‚obrati se (molbom)'. — *amicus* ‚pouzdanik' (θεράπων). — 17. *suberat* sc. *aedibus genitoris, aedes* = kraljevski dvor. — 18. *humum* ak. smjera. — *lene,* pjesn. mj. *leniter.* — 20. *lilia,* po Liviju, Dionizu i drugima bile su to makove glavice. — 22. *agnosco,* razumijem. — 23. *nec mora,* ‚smjesta' isp. Trist. 3. 6. — 27. *consulitur* poradi prodigija, koji je toliki strah uzrokovao u obitelji kraljevoj, da je kralj odmah svoje sinove (*credula turba* v. 30.) i nećaka Bruta odaslao u Delfe. — 29. *quisque,* Tit i Arunt. — *properata* = *propere.*

12. 1. *Idibus* sc. *Martiis.* — *geniale (quo* [sc. *festo*] *genio suo indulgebant),* ‚veseo'. — 2. *advena,* kao došljak iz Etrurije. — 4. *accumbit* sc. *ad potandum*; *par,* drúga. — 5. *Iove* = *divo* ‚pod vedrim nebom'.

sunt quibus e ramis frondea facta casa est;
pars ubi pro rigidis calamos statuere columnis,
  desuper extentas imposuere togas.
sole tamen vinoque calent annosque precantur,
  quot sumant cyathos, ad numerumque bibunt,
invenies illic, qui Nestoris ebibat annos,
  quae sit per calices facta Sibylla suos.
illic et cantant, quidquid didicere theatris,
  et iactant faciles ad sua verba manus
et ducunt posito duras cratere choreas
  cultaque diffusis saltat amica comis.
cum redeunt, titubant et sunt spectacula vulgi
  et fortunatos obvia turba vocat.
occurri nuper; visa est mihi digna relatu
  pompa: senem potum pota trahebat anus.
Arserat Aeneae Dido miserabilis igne,
  arserat exstructis in sua fata rogis:
compositusque cinis, tumulique in marmore carmen
  hoc breve, quod moriens ipsa reliquit, erat:
„praebuit Aeneas et causam mortis et ensem,
  ipsa sua Dido concidit usa manu".
protinus invadunt Numidae sine vindice regnum,
  et potitur capta Maurus Iarba domo.
seque memor spretum, ‚thalamis tamen' inquit ‚Elissae
  en ego, quem totiens reppulit illa, fruor'.
diffugiunt Tyrii, quo quemque agit error, ut olim
  amisso dubiae rege vagantur apes.
tertia nudandas acceperat area messes,
  inque cavos ierant tertia musta lacus:

6. *sunt quibus* = (a nonnullis). — 9. *annos* sc. tot. — 10. *ad numerumque,* prema broju zaželjenih kod zdravice godina ispilo bi se redom toliko čaša. — 12. *Sibylla,* proročica u Kumi u donjoj Italiji, isprosila je u Apolona toliko godina života, koliko ima kup pijeska zrnaca. — 14. *facilis,* lak, okretan. — 15. *posito* = *deposito.* — *durus,* trom, nespretan. — 16. *culta* ‚kićena' ‚gizdava'. — 21. i dalje opisuje početak svetkovine. — *igne* = *amore.* — 23. *compositus,* sahranjen. — 27. *regnum sine vindice,* kraljevstvo bez gospodara. — 28. *potĭtur,* poradi metra. v. Pav. Metr. 14, 2. — *Iarba,* neki kralj numidski, prezren od Didone (Elise), koja ga ne htjede za muža. — 29. *thalamis,* igra riječima, jer *thal.* znači: ‚ženidbu' i ‚ložnicu'. — 31. *Tyrii* = *Carthaginienses*; kako to? — *olim* = *interdum.* — 33. *nudandas,* naime od lupine. — 34. *lacus,* badanj, kaca.

pellitur Anna domo lacrimansque sororia linquit
moenia; germanae iusta dat ante suae.
mixta bibunt molles lacrimis unguenta favillae
vertice libatas accipiuntque comas.
terque ‚Vale!' dixit, cineres ter ad ora relatos
pressit; et est illis visa subesse soror.
nancta ratem comitesque fugae pede labitur aequo,
moenia respiciens, dulce sororis opus.
fertilis est Melite sterili vicina Cosyrae
insula, quam Libyci verberat unda freti.
hanc petit, hospitio regis confisa vetusto:
hospes opum dives rex ibi Battus erat.
qui postquam didicit casus utriusque sororis,
‚Haec' inquit ‚tellus quantulacumque tua est.'
et tamen hospitii servasset ad ultima munus!
sed timuit magnas Pygmalionis opes.
signa recensuerat bis sol sua: tertius ibat
annus, et exsilio terra paranda nova est.
frater adest belloque petit: rex arma perosus
‚Nos sumus imbelles, tu fuge sospes!' ait.
iussa fugit ventoque ratem committit et undis;
asperior quovis aequore frater erat.
est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes
parvus ager — Cameren incola turba vocat —
illuc cursus erat, nec longius afuit inde,
quam quantum novies mittere funda potest.
vela cadunt primo et dubia librantur ab aura.
‚Findite remigio' navita dixit ‚aquas!'
dumque parant torto subducere carbasa lino,
percutitur rapido puppis adunca noto

36. *iusta dat* isp. Trist 1, 80. — 37. *favillae*, pepeo mrtvaca. — 39. *libatas* = *decerptas*. — 40. *illis* sc. *cineribus*. — 41. *pede aequo* ‚punim vjetrom'; *pes* (sc. *veli*, isp. πούς) je upravo uže na donjem kraju jedra. — 43. *Melite* (Malta), naselje feničko kao i Kartaga. — *Kosira*, sada Pantelaria, sjeverozapadno od Malte. — 46. *dives* (tako i *pauper*), dolaze kod pjesnika s genit. — 50. *Pygmalion*, kralj tirski, brat Didonin. — 51 *signa recensuerat*: obiđe svoje zviježđe, naime suncopas (zodijak). — 53. *petit*, prijeti, sc. Battum. — 55. *iussa*, kako joj bijaše naloženo. — 57. *Crathis*, rijeka kod Sibarisa, dijeli Lukaniju od Brutija. — 58. *incola turba* = ‚turba incolarum' — 61. *cadunt*, jer se već ne nadimlju od vjetra. — 63. *torto lino* = *fune*. — *subducere* ‚povući uvis' isp. *suspicere*.

inque patens aequor, frustra pugnante magistro,
fertur, et ex oculis visa refugit humus.
assiliunt fluctus, imoque a gurgite pontus
vertitur, et canas alveus haurit aquas.
vincitur ars vento; nec iam moderator habenis
utitur, a votis disque reposcit opem.
iactatur tumidas exsul Phoenissa per undas
umidaque opposita lumina veste tegit.
tunc primum Dido felix est dicta sorori
et quaecumque aliquam corpore pressit humum.
figitur ad Laurens ingenti flamine litus
puppis et expositis omnibus hausta perit.
iam pius Aeneas regno nataque Latini
auctus erat populos miscueratque duos.
litore dotali solo comitatus Achate
secretum nudo tum pede carpit iter,
aspicit errantem nec credere sustinet Annam
esse. ‚Quid in Latios illa veniret agros?
dum secum Aeneas: ‚Anna est!' exclamat Achates.
ad nomen vultus sustulit illa suos.
quo fugiat? quid affat? quos terrae quaerat hiatus?
ante oculos miserae fata sororis erant.
sensit et alloquitur trepidam Cythereïus heros;
flet tamen admonitu motus, Elissa, tui:
‚Anna, per hanc iuro, quam quondam audire solebas
tellurem fato prosperiore dari,
perque deos comites, hac nuper sede locatos,
saepe meas illos increpuisse moras.
nec timui de morte tamen; metus afuit iste.
ei mihi! credibili fortior illa fuit.

65. *magister* = *gubernator* (= *navita* v. 62, moderator v. 69). — 68. *canas*, o pjeni (πολιάς). — 72. *lumina*, oči. — 73. *sorori* = *a sorore*. — 75. *figitur* bude bačena. — 77. *natâque* sc. *Lavinia*. — 78. *auctus*, usrećen; *duos populos* sc. *Aborigines et Troianos*. — 78. *litore dotali*, o kraljevstvu, što ga za miraz dobio. — *Achates*, vjeran drug i prijatelj Enejin na bijegu iz Troje. — 81. *sustinere* = *audere* (τολμᾶν). — 82. *veniret*, conj. dub. za prošlost, isp. Pav. 337. Gol. 316. — 83. *Aeneas* potp. *reputat*. — 87. *Cythereïus*, kao sin osobito na otoku Kiteri štovane Venere. — 89. Spoji: *per hanc tellurem (Italiae) quam (mihi)* etc. *iuro*. — 91. *deos comites*, sc. *Penates*. — 92. *moras*, naime kod Didone. — 93. *de morte*, sc. Didonis (=*Elissae*). — 94. *credibili*, abl. compar. *(neutrum)* isp Pav. 253. 4. Gol. 224. bilj. 2.

ne refer; aspexi non illo pectore digna
vulnera Tartareas ausus adire domos.
at tu, seu ratio te nostris appulit oris
sive deus, regni commoda carpe mei.
multa tibi memores, nil non debemus Elissae.
nomine grata tuo, grata sororis eris‘.
talia dicenti — neque enim spes altera restat —
credidit errores exposuitque suos.
utque domum intravit Tyrios induta paratus,
incipit Aeneas — cetera turba silet —:
‚Hanc tibi cur tradam, pia causa, Lavinia coniunx
est mihi; consumpsi naufragus huius opes.
orta Tyro est, regnum Libyca possedit in ora:
quam precor ut carae more sororis ames‘.
omnia promittit falsumque Lavinia vulnus
mente premit tacita dissimulatque metus;
donaque cum videat praeter sua lumina ferri
multa palam, mitt clam quoque multa putat.
non habet exactum, quid agat: furialiter odit
et parat insidias et cupit ulta mori.
nox erat; ante torum visa est astare sororis
squalenti Dido sanguinolenta coma
et ‚Fuge, ne dubita, maestum, fuge‘ dicere ‚tectum!‘
sub verbum querulas impulit aura fores.
exsilit et velox humili super arva fenestra
se iacit; audacem fecerat ipse timor.
quaque metu rapitur, tunica velata recincta
currit, ut auditis territa damma lupis.
corniger hanc tumidis rapuisse Numicius undis
creditur et stagnis occuluisse suis.
Sidonis interea magno clamore per agros

95. *ne refer*, sc. *mortem Didonis.* — 97. *ratio,* vlastita odluka. — 99. *nil non = omnia.* — 100. *nomine tuo,* ‚tebe radi‘, tako i *sororis (nomine).* — 103. *paratus,* kićeno odijelo. — 108. Sp.: *precor, ut hanc more c. sororis ames; more sor.,* ‚kao sestru‘. — 109. *falsum,* jer je ljubomornost *(vulnus)* bila bez temelja. — 110. *premit,* taji, krije. — 113. *non habet exactum,* ‚ne razmišlja‘. — 117. *dicere,* inf. visi o *visa est.* — 118. *sub verbum* ‚odmah iza te riječi‘. — Škripa vratâ pričini joj se, da je od kakova neprijatelja. — 123. *Numicius,* malen potočić južno od Lavinija, *corniger*: Stari si potočne bogove pomišljahu rogate. — 125. *Sidonis = Phoenissa (= Anna),* sinekd.

quaeritur; apparent signa notaeque pedum.
ventum erat ad ripas: inerant vestigia ripis;
sustinuit tacitas conscius amnis aquas,
ipsa loqui visa est: ‚Placidi sum nympha Numici:
amne perenne latens Anna Perenna vocor‘.
protinus erratis laeti vescuntur in agris
et celebrant largo seque diemque mero.
haec quoque, quam referam, nostras pervenit ad aures
fama nec a veri dissidet illa fide.
plebs vetus et nullis etiamtunc tuta tribunis
fugit et in Sacri vertice montis erat.
iam quoque, quem secum tulerant, defecerat illos
victus et humanis usibus apta Ceres.
orta suburbanis quaedam fuit Ana Bovillis,
pauper, sed multae sedulitatis anus.
illa, levi mitra canos redimita capillos,
fingebat tremula rustica liba manu,
atque ita per populum fumantia mane solebat
dividere; haec populo copia grata fuit.
pace domi facta signum posuere perenne,
quod sibi defectis illa tulisset opem.

13. Med tražeći Silen; Frikso i Hela.

Iamque erat ad Rhodopen Pangaeaque florida ventum,
aeriferae comitum concrepuere manus.
ecce novae coëunt volucres tinnitibus actae,
quosque movent sonitus aera, sequuntur apes.
colligit errantes et in arbore claudit inani
Liber et inventi praemia mellis habet.
ut satyri levisque senex tetigere saporem,

128. *tacitas;* prolept. = *ut essent tacitae.* — 130. *perenne,* mj. *perenni* (abl.); tako često u Ovidija. — 131. *erratis = pererratis.* — 132. *seque i. e. genio suo indulgent.* — 138. *Ceres, metonim.* — 139. Gradić Bovillae ležaše na Apijevoj cesti nedaleko od Rima. — 144. *copia,* opreka tomu *inopia.* — 146. *defectis* sc. *victu.*

13. 1. *ventum,* misli se Bakho na svojim pobjedonosnim putovanjima šireći svuda svoj kult. — *Rhodope* i *Pangaeus* (*aea,* pjesn. plur.), gorje u Traciji. — 2 *comitum i. e. Sileni et Satyrorum.* — 3. *novae* (naime bakantima) ‚nepoznate‘; *volucres,* krilate životinje = pčele; *actae,* domamljene. — 4. dp. *et sonitus, quos movent aera.* — 5. *inani = cavâ.* — 7. *lēvis (= calvus) senex: Silen,* vjerni pratilac Bakhov. — *tangere = gustare.*

quaerebant flavos per nemus omne favos.
audit in exesa stridorem examinis ulmo,
aspicit et ceras dissimulatque senex;
utque piger pandi tergo residebat aselli,
applicat hunc ulmo corticibusque cavis.
constitit ipse super ramoso stipite nixus
atque avide trunco condita mella petit.
milia crabronum coëunt et vertice nudo
spicula defigunt oraque sima notant.
ille cadit praeceps et calce feritur aselli
inclamatque suos auxiliumque rogat.
concurrunt satyri, turgentiaque ora parentis
rident; percusso claudicat ille genu.
ridet et ipse deus limumque inducere monstrat,
hic paret monitis et linit ora luto.
melle pater fruitur, liboque infusa calenti
iure repertori candida mella damus. —
Seminibus tostis sceleratae fraude novercae
sustulerat nullas, ut solet, herba comas.
mittitur ad tripodas, certa qui sorte reportet,
quam sterili terrae Delphicus edat opem.
hic quoque corruptus cum semine, nuntiat Helles
et iuvenis Phrixi funera sorte peti.
utque recusantem cives et tempus et Ino
compulerunt regem iussa nefanda pati,
et soror et Phrixus, velati tempora vittis,
stant simul ante aras iunctaque fata gemunt.
aspicit hos, ut forte pependerat aethere, mater,

10. *dissimulat* sc. *se aspexisse.* — 11. *pandi,* naime pod teretom krupna Silena. — 13. *super,* adverb. — 14. *trunco* = *in tr.* — 16. *ora sima:* Silena slikahu svuda plosnata nosa. — 19. *parentis* sc. starca Silena. — 21 *monstrat* = *iubet.* — 23. *pater* sc. *Bacchus.* — 24. Sp.: *candida mella libo calenti infusa.* — 25. i dalje. Atami, kralju u beotskim Tebama, rodi Nefela (Νεφέλη, Nebula), božica oblakâ, Friksa i Helu. No kad je Atama uzeo za ženu još i Inu, kćer Kadmovu, iščeznu Nefela. Ina, da uništi pastorke, dade puku osušeno pokvareno sjeme, odakle nasta u zemlji nerodica. — 26. *herba* stabljika. — *comae,* klasje. — 27. *tripodes,* tronožje, s kojega proricaše Pitija u Delfima. — 29. *corruptus* uz *semine* u pravom, uz *hic* (naime odaslanik) u prenesenom značenju, t. j. podmićen. — 30. *funera* ‚smrt‘. — 31. *tempus* ‚zlo doba gladi‘. — 33. *velati temp. vittis,* kao žrtve klanice.

et ferit attonita pectora nuda manu
inque draconigenam nimbis comitantibus urbem
desilit et natos eripit inde suos.
utque fugam capiant, aries nitidissimus auro
traditur; ille vehit per freta longa duos.
dicitur infirma cornu tenuisse sinistra
femina, cum de se nomina fecit aquae.
paene simul periit, dum vult succurrere lapsae
frater et extentas porrigit usque manus.
flebat, ut amissa gemini consorte pericli,
caeruleo iunctam nescius esse deo.
litoribus tactis aries fit sidus: at huius
pervenit in Colchas aurea lana domos.

14. Cerera i Prozerpina.

Proxima victricem cum Romam inspexerit Eos
et dederit Phoebo stella fugata locum,
circus erit pompa celeber numerosque deorum
primaque ventosis palma petetur equis.
hinc Cereris ludi; non est opus indice causae:
sponte deae munus promeritumque patet.
panis erat primis virides mortalibus herbae,
quas tellus nullo sollicitante dabat;
et modo carpebant vivax e caespite gramen,
nunc epulae tenera fronde cacumen erant.
postmodo glans nata est; bene erat iam glande reperta
duraque magnificas quercus habebat opes.
prima Ceres, homine ad meliora alimenta vocato
mutavit glandes utiliore cibo.
illa iugo tauros collum praebere coëgit:

36. *attonitâ* spojeno s *manu,* mjesto sa subj., na koji se proteže (*Hipalaga*), isp. Vuk. 2, 8: „žalosne ga suze propanule“. — 37. *draconigenam urbem* sc. *Thebas;* isp. Met. 6. 101 i dalje. — 42. *nomina:* Ἕλλης πόντος. — 43. *periit,* subj. je *frater.* — 46. *deo,* priča se, da ju je Neptun sa sobom povukao u more.

14. 1. *proxima Eos,* t. j. ona na 11. travnja, kao početak svetkovine. Na taj dan krenuo bi sa Kapitola ophod, na čelu mu najviši dostojanstvenici noseći ili vozeći sa sobom kipove bogova u Circus Maximus, gdje bi se tad natjecali trkom. Dobitnici dobivahu vijence od paome. — 2. *stella* kolektivno. — 5. *indice* isp. Fast. 3. 3. — 7. *panis* je predikat. — 8. *sollicitare,* mučiti, obrađivati. — 9. *modo* — *nunc* = *modo* — *modo.* — 10. *tenera fronde,* abl. qual. za *cacumen; epulae* je predikat.

tunc primum soles eruta vidit humus.
aes erat in pretio: chalybeïa massa latebat
eheu! perpetuo debuit illa tegi.
pace Ceres laeta est: et vos orate, coloni,
perpetuam pacem pacificumque ducem.
farra deae micaeque licet salientis honorem
detis et in veteres turea grana focos;
et, si tura aberunt, unctas accendite taedas.
parva bonae Cereri, sint modo casta, placent:
a bove succincti cultros removete ministri!
bos aret; ignavam sacrificate suem.
apta iugo cervix non est ferienda securi:
vivat et in dura saepe laboret humo.
exigit ipse locus, raptus ut virginis edam.
plura recognosces, pauca docendus eris.
terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor
Trinacris, a positu nomen adepta loci:
grata domus Cereri; multas ea possidet urbes,
in quibus est culto fertilis Henna solo.
frigida caelestum matres Arethusa vocarat:
venerat ad sacras et dea flava dapes.
filia, consuetis ut erat comitata puellis,
errabat nudo per sua prata pede.
valle sub umbrosa locus est aspergine multa
uvidus ex alto desilientis aquae.
tot fuerant illic, quot habet natura, colores.
pictaque dissimili flore nitebat humus.
quam simul aspexit, ‘Comites, accedite!‘ dixit
‚et mecum plenos flore referte sinus!‘

16. *e r u t a* sc. *aratro*, ‚preorana‘. — 17. *c h a l y b e i a m a s s a*, željezo, nazvano tako od Kalibâ, koji su živjeli na jugoistočnoj obali Crnoga mora te kovali najbolje željezo. — 18. *d e b u i t t e g i*, poradi svoje pogubne sile u ratu. — 20. *p a c i f i c u s d u x* sc. Augustus. — 21. *f a r r a* isp. Fast. 5. 10. — 23. *u n c t a s*, voskom ili smolom isp. v. 92. — 25. *s u c c i n c t i* pomagači pri žrtvama *(m i n i s t r i = popae)* pasali bi se jedino pregačom, koja je sezala do koljena. — 26, *i g n a v a m*, tromu, lijenu (za teženje). — 29. *l o c u s* καιρός = lijepa prilika. — *v i r g i n i s* (κόρης) = *Proserpinae.* — 31. *t r i b u s s c o p u l i s i. e. promunturiis.* — *Trinacris* (od τρεῖς ἄκραι), ovdje adjektiv, a misli se Sicilija. — 35. *m a t r e s*, časni atribut za božice, kao *p a t e r* za bogove; *c a e l e s t u m m a t r e s* prevodi: nebeske božice; *v o- c a r a t* sc. *ad dapes.* — 36. *d e a f l a v a* ξανθὴ Δημήτηρ jer nošaše na glavi vijenac od žutoga klasja. isp. v. 214. — 42. *d i s s i m i l i = vario.* — *flore,* kolekt.

praeda puellares animos prolectat inanis,
et non sentitur sedulitate labor.
haec implet lento calathos e vimine nexos,
haec gremium, laxos degravat illa sinus.
illa legit calthas, huic sunt violaria curae,
illa papavereas subsecat ungue comas;
has, hyacinthe, tenes, illas, amarante, moraris,
pars thyma, pars casiam, pars meliloton amant.
plurima lecta rosa est lecti sine nomine flores.
ipsa crocos tenues liliaque alba legit.
carpendi studio paulatim longius itur,
et dominam casu nulla secuta comes.
hanc videt et visam patruus velociter aufert
regnaque caeruleis in sua portat equis.
illa quidem clamabat ‚Io, carissima mater,
auferor!‘ ipsa suos absciderätque sinus.
panditur interea Diti via; namque diurnum
lumen inassueti vix patiuntur equi.
at chorus aequalis, cumulatae flore ministrae,
‚Persephone‘, clamant ad tua dona veni!‘
ut clamata silet, montes ululatibus implent
et feriunt maestae pectora nuda manus.
attonita est plangore Ceres — modo venerat Hennam —
nec mora, ‚Me miseram! filia‘, dixit ‚ubi est?“
mentis inops rapitur, quales audire solemus
Threïcias fusis maenadas ire comis.
ut vitulo mugit sua mater ab ubere rapto
et quaerit fetus per nemus omne suos:
sic dea; nec retinet gemitus et concita cursu
fertur et e campis incipit, Henna, tuis.
inde puellaris nacta est vestigia plantae
et pressam noto pondere vidit humum.
forsitan illa dies erroris summa fuisset,

50. *c o m a s = flores.* — 53. *s u n t*, dod. *lecti.* — 54. *ipsa* sc. Prozerpina. — 57. *p a t r u u s* ec. Pluto, brat Jupiterov i Cererin. — 60. *a b s c i- d e r a t*, kako to čine oni, koji zdvajaju. — 63. *c h o r u s a e q u a l i s = ch. aequalium.* — 64. *t u a d o n a*, darovi za tebe, naime ubrano cvijeće. — 65. *c l a m a t a* = vocata. — 66. *n u d a* jer si i one od prevelike tuge razderaše odijelo. — 68. *n e c m o r a* sc. *fuit* ‚odmah‘, ‚smjesta‘ — 69. *r a p i t u r* ‚leti ovamo, onamo‘. — 75. *p l a n t a e* sc *pedis.* — 77. *s u m m a* posljednji.

si non turbassent signa reperta sues, —
quacumque igreditur, miseris loca cuncta querelis
implet, ut amissum cum gemit ales Ityn.
perque vices modo ‚Persephone!‘ modo ‚Filia!‘ clamat,
clamat et alternis nomen utrumque ciet.
sed neque Persephone Cererem, nec filia matrem
audit, et alternis nomen utrumque perit.
unaque, pastorem vidisset an arva colentem,
vox erat: ‚hac gressus ecqua puella tulit?‘
iam color unus inest rebus, tenebrisque teguntur
omnia; iam vigiles conticuere canes.
alta iacet vasti super ora Typhoëos Aetne,
cuius anhelatis ignibus ardet humus.
illic accendit geminas pro lampade pinus —
hinc Cereris sacris nunc quoque taeda datur. —
est specus exesi structura pumicis asper,
non homini regio, non adeunda ferae:
quo simulac venit, frenatos curribus angues
iungit et aequoreas sicca pererrat aquas.
effugit et Syrtes et te, Zanclaea Charybdis.
et vos, Nisaei, naufraga monstra, canes,
Hadriacumque patens late bimaremque Corinthum.
sic venit ad portus, Attica terra, tuos.
hic primum sedit gelido maestissima saxo;
illud Cecropidae nunc quoque triste vocant.
sub Iove duravit multis immota diebus
et lunae patiens et pluvialis aquae.
fors sua cuique loco est. quo nunc Cerealis Eleusin
dicitur hoc Celei rura fuisse senis.
ille domum glandes excussaque mora rubetis

78. *sues*, također darovima Cerere škodljive. — 80. *ut cum* = ὡς ὅτε. kao što kad. — *ales*, u slavuja (ili lastavicu) pretvorena Filomela; *Itys*, njezin sin. — 82. *alternis (vicibus)*, naizmjence. — 85. *vidisset an*, za lakše razjašnjenje toga rastavnog zavisnog pitanja potpuni od prilike *nihil intererat*. — 89. *Typhoëos* (pod Etnom zakopani gorostas) grčki genet. od nom. Typhoeus (Τυφωεύς). — 90. *cuius* sc. *Typhoëos*. — 97. *Zanclaea*, morski vir blizu Mesine, negdašnjega Zankle. — 98. *Nisaei canes i. e. Scylla* (kći Nisova), neman sa 6 pasjih glava. — *naufraga*, aktivno. — 102. *triste* ἀγέλαστος πέτρα, nedaleko od Eleuzine. — 103. *sub Iove i. e. sub divo*. — 105. *quo* sc. *loco*. — *Cerealis* = *Cereri sacra*, t. j. eleuzinske misterije. — 107. *mora*, kupine.

portat et arsuris arida ligna focis.
filia parva duas redigebat monte capellas,
et tener in cunis filius aeger erat.
‚Mater!‘ ait virgo — mota est dea nomine matris —
‚quid facis in solis incomitata locis?‘
restitit et senior, quamvis onus urget, et orat
tecta suae subeat quantulacumque casae.
Illa negat; simularat anum mitraque capillos
presserat; instanti talia dicta refert:
‚Sospes eas semperque parens! mihi filia rapta est.
heu! melior quanto sors tua sorte mea est‘.
dixit, et, ut lacrimae, — neque enim lacrimare deorum est —
decidit in tepidos lucida gutta sinus.
flent pariter molles animis virgoque senexque,
e quibus haec iusti verba fuere senis:
‚Sic tibi, quam raptam quereris, sit filia sospes;
surge nec exiguae despice tecta casae‘.
cui dea ‚Duc!‘ inquit ‚scisti, qua cogere posses‘,
seque levat saxo, subsequiturque senem.
dux comiti narrat, quam sit sibi filius aeger
nec capiat somnos invigiletque malis.
illa soporiferum, parvos initura penates,
colligit agresti lene papaver humo.
dum legit, oblito fertur gustasse palato
longamque imprudens exsoluisse famem.
quae quia principio posuit ieiunia noctis,
tempus habent mystae sidera visa cibi.
limen ut intravit, luctus videt omnia plena:
iam spes in puero nulla salutis erat.
matre salutata — mater Metanira vocatur —
iungere dignata est os puerile suo.

108. *focis*, dativ (‚za‘). — 112. *solus*, osamljen, pust. — 113 *senior* = senex. — 114. *subeat* konj. bez *ut* v. Pav. 346, 2 i 3. Gol. 320. 2. b. bilj. 5. — 115. *mitra (mitella)*, obična poveska glave u starijih gospođa. — *simulare*, načiniti se, prometnuti se. — 117. *semper parens* = *liberis nunquam orbatus*. — 125. *qua* sc. *ratione*, ‚kako‘. — 126. *saxo*. = *de saxo* — 128. *invigilet malis*, bdi od boli. — 129. *penates* = *domum* — 130. *lene* = *leniens*, spoji sa *papaver*. — 131. *oblito*, ona se naime bijaše zavjerila, da ne će okusiti jela, dok ne nađe kćeri. — 132. *exsoluisse* = *exsolvisse*, Pav. Dod. 14, 3. Gol. Dod. §. 14. — 134. Poređ. *mystae habent sidera visa tempus* (ak. pred.) *cibi*; jer dok se ne pojavi zvijezde, moradoše postiti. — 138. *iungere suo(ori)* = osculari.

*

pallor abit, subitasque vident in corpore vires.
tantus caelesti venit ab ore vigor.
tota domus laeta est: hoc est materque paterque
nataque; tres illi tota fuere domus.
mox epulas ponunt: liquefacta coagula lacte
pomaque et in ceris aurea mella suis.
abstinet alma Ceres somnique papavera causas
dat tibi cum tepido lacte bibenda, puer.
noctis erat medium placidique silentia somni:
Triptolemum gremio sustulit illa suo
terque manu permulsit eum, tria carmina dixit,
carmina mortali non referenda sono,
inque foco corpus pueri vivente favilla
obruit, humanum purget ut ignis onus.
excutitur somno stulte pia mater et amens
,Quid facis?, exclamat, membraque ab igne rapit.
cui dea ,Dum non es', dixit ,scelerata fuisti:
irrita materno sunt mea dona metu.
iste quidem mortalis erit, sed primus arabit
et seret et culta praemia tollet humo'.
dixit et egrediens nubem trahit, inque dracones
transit et alifero tollitur axe Ceres.
Sunion expositum Piraeaque tuta recessu
linquit et in dextrum quae iacet ora latus.
hinc init Aegaeum, quo Cycladas aspicit omnes,
Ioniumque rapax Icariumque legit:
perque urbes Asiae longum petit Hellespontum,
diversumque locis alta pererrat iter.
nam modo turilegos Arabas, modo despicit Indos,
hinc Libys, hinc Meroë siccaque terra subest;

143. *liquef. coagula l.* ,usireno mlijeko'; komadići telećega želuca meću se u mlijeko, da se zgruša, ali se ujedno i ti komadići pri tom umekšaju (*liquefacta*). — 149. *carmen,* bằsma. — 150. *vivens.* živ, tinjajući. — 152. *humanum onus,* t. j. smrtne tvari, koje su na teret besmrtnoj duši. — 153. *stulte pia* ,u ludoj materinskoj ljubavi'. — 155. *dum non es* sc. *scelerata* (= *pietatem pietate laesisti*; oxymoron). — 159. *nubem trahit,* navlači na sebe oblake, da se njima pokrije. — *dracones, i. e. currum a draconibus vectum.* — 160. *axe* = *curru.* — 161. *expositum* sc. *in mari.* — *Piraea,* pjesn. oblik za Piraeeum. — 162. *et* sc. eam *oram, quae in* etc. — 163. *Aegeum* sc. *mare.* — 164. *Ionium,* more uz Ioniju (u Maloj Aziji). — *legit* ,prevali', ,preleti'. *diversum locis,* na razne strane; *alta* (sc. Ceres), ,visoko u zraku'. — 168. *sicca terra,* pustinja.

nunc adit Hesperios Rhenum Rhodanumque Padumque
teque future parens, Thybri, potentis aquae.
quo feror? immensum est erratas dicere terras.
praeteritus Cereri nullus in orbe locus.
errat et in caelo liquidique immunia ponti
alloquitur gelido proxima signa polo:
,Parrhasides stellae — namque omnia nosse potestis,
aequoreas numquam cum subeatis aquas —
Persephonen natam miserae monstrate parenti!'
dixerat. huic Helice talia verba refert:
,Crimine nox vacua est. Solem de virgine rapta
consule, qui late facta diurna videt'.
Sol aditus ,Quam quaeris', ait ,ne vana labores,
nupta Iovis fratri tertia regna tenet',
questa diu secum sic est affata Tonantem,
maximaque in vultu signa dolentis erant:
,Si memor es, de quo mihi sit Proserpina nata,
dimidium curae debet habere tuae.
orbe pererrato sola est iniuria facti
cognita; commissi praemia raptor habet.
at neque Persephone digna est praedone marito.
nec gener hoc nobis more parandus erat.
quid gravius victore Gyge captiva tulissem,
quam nunc te caeli sceptra tenente tuli?
verum impune ferat, nos haec patiemur inultae;
reddat et emendet facta priora novis.

171. *erratas* = *pererratas.* — 172. *liquidique imm. signa,* oba medvjeda, koji (za narode, što živu pod 36. stup. sjev. širine) nikad ne zahode isp. v. 176. i Il. XVIII. 489.: ἄρκτος λοετρῶν ἄμμμορος Ὠκεανοῖο. — 175. *Parrhasides* ,arkadski': jer Kalista (Helice kao zviježđe), koja bi pretvorena u medvjedicu i sa sinom si Arkadom stavljena među zvijezde, bijaše iz Arkadije. — 179. ,noći ne može se prigovoriti, da je dopustila izvesti djelo'; pitaj sunce (Helija), ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει, isp. Iliad. 3. 277. — 180. *diurna* = po danu. — 181. *aditus* od *adeo* Pav. 205. Gol. 184. — konstr. *ne vana* (acc.) *labores, ea, quam quaeris, nupta* etc. — 183. *Tonans,* Ζεὺς βρονταῖος ὑψιβρεμέτης. — 185. *de quo* sc. *Iove* — 186. *debet* sc. *Proserpina.* — 187. Smisao: Ona znade jedino, da je to bila silovita otmica. — 188. *commissum,* supst. — 191. *victore* = *si vicisset.* — *Gyges, gigas centimănus,* jedan od poznatih divova, koji su u društvu sa Titanima jurišali na nebo, da zbace s prijestola Jupitera; isp. Met. 1. 63. i dalje — 193. *impune ferre,* bez kazni proći. — 194. *novis* sc. *factis,* da naime natrag povrati Prozerpinu.

Iuppiter hanc lenit factumque excusat amore,
,Nec gener est nobis ille pudendus' ait.
,non ego nobilior; posita est mihi regia caelo:
possidet alter aquas, alter inane chaos.
sed si forte tibi non est mutabile pectus,
statque semel iuncti rumpere vincla tori
hoc quoque temptemus, siquidem ieiuna remansit;
si minus, inferni coniugis uxor erit'.
Tartara iussus adit sumptis caducifer alis
speque redit citius visaque certa refert.
,Rapta tribus' dixit ,solvit ieiunia granis,
Punica quae lento cortice poma tegunt.
haud secus indoluit, quam si modo rapta fuisset,
maesta parens longa vixque refecta mora est.
atque ita ,Nec nobis caelum est habitabile' dixit:
,Taenaria recipi me quoque valle iube',
et factura fuit, pactus nisi Iuppiter esset,
bis tribus ut caelo mensibus illa foret.
tum demum vultumque Ceres animumque recepit
imposuitque suae spicea serta comae
largaque provenit cessatis messis in arvis
et vix congestas area cepit opes.
alba decent Cererem: vestes Cerealibus albas
sumite; nunc pulli velleris usus abest.

15. Dobri stari običaji.

Magna fuit quondam capitis reverentia cani,
inque suo pretio ruga senilis erat.
Martis opus iuvenes animosaque bella gerebant
et pro dis aderant in statione suis;

---

197. *caelo* = *in. c.* — 198. *alter* sc. *fratrum; chaos,,* podzemni svijet; *inane* jer su ondje samo ,*inanes umbrae*'. — 200. *stat i. e. constitutum, certum est*; *torus*, brak. — 202. *si minus*, εἰ δὲ μή, Tko je jednom u podzemnom svijetu štogod okusio, nije se mogao više na gornji svijet vratiti. — 203. *caducifer, Mercurius.* — 204. *spe*, sp. sa *citius*. *visa certa*, sigurnu vijest. — 206. *Punica poma*, mogranj. — 209. *ita*, t. j. *vix refecta.* — 210. *Taenaria valle;* jer kod predbrežja Tenara bijaše ulaz u podzemni svijet. — 211. *factura fuit*, Pav. 342, 1. Gol. 332, 3. bilj. 3. b). — 213 *vultum*, naime svoje pređašnje veselo lice. — 215. *provenit*, izraste, uspije; *cessatis* (u aktivn. značenju); jer ih je Cerera u svojoj boli i srdžbi ostavila bez roda i ploda.

15. 4. *pro dis s.* = *pro Penatibus;* obično: *pro aris et focis, in statione (ad) esse*, biti na straži —

viribus illa minor nec habendis utilis armis
consilio patriae saepe ferebat opem.
nec nisi post annos patuit tunc curia seros,
nomen et aetatis mite senatus erat.
iura dabat populo senior, finitaque certis
legibus est aetas, unde petatur honor.
et medius iuvenum, non indignantibus ipsis,
ibat et interior, si comes unus erat.
verba quis auderet coram sene digna rubore
dicere? censuram longa senecta dabat.
Romulus hoc vidit selectaque pectora patres
dixit; ad hos urbis summa relata novae.

16. Hiron.

Pelion Haemoniae mons est obversus in austros:
summa virent pinu, cetera quercus habet.
Philyrides tenuit; saxo stant antra vetusto,
quae iustum memorant incoluisse senem.
ille manus, olim missuras Hectora leto,
creditur in lyricis detinuisse modis.
venerat Alcides exhausta parte laborum,
iussaque restabant ultima paene viro.
stare simul casu Troiae duo fata videres:

---

5. *illa,* gramatično, misli se *ruga senilis,* a po smislu: *senectus.* — 8. konstr. *et ,senatus' erat mite nomen aetatis; mite n. aet.* = *nomen mitis aetatis* (= *senectutis*); isp. opreku: *fervida juventus.* — 9. *finita* = *definita,* određen. — 10. *unde* = *a qua* (sc. *aetate*). — 11. *medius,* časno mjesto bijaše i kod Rimljana, kad trojica zajedno iđahu, u sredini; ako li samo dvojica, ono pokraj kućâ *(interior),* da bude isti više zaštićen od naloge onih, koji idu ulicom. — 13. *auderet,* conjunct. deliberativus prošlosti. — 14. *censuram i. e. ius notandi.* — 15. *pectora,* poetično za: *homines;* jer *pectus* držahu Rimljani za sijelo razbora i spoznanja. — 16. *ad hos* sc. *patres selectos; summa* ,najviša vlast'. — 18. *tangor* = moveor, inducor, ut credam.

16. Zviježđe Hiron izlazi 3. maja. — 1. *Haemonia,* starodrevno ime Tesalije. — *in austros* πρὸς μεσημβρίαν. — 3. *Philyrides,* sin Filirin i Saturnov Hiron, kentaur na glasu sa svoje pravednosti, vještine u glazbi, poznavanja ljekovitih trava i gatanja, bijaše odgojitelj Ahilejev. — 5. *manus* sc. *Achillis.* — 7. *Alcides, Hercules.* — 8. *iussa* = *labores iussi ab Eurystheo.* — 9. *duo fata i. e. duos viros Troiae fatales;* Heraklo bješe naime već prije Ahileja razorio Troju. — *videres,* potencijal prošlosti.

hinc puer Aeacides, hinc Iove natus erat.
excipit hospitio iuvenem Philyreïus heros,
et causam adventus hic rogat, ille docet.
perspicit interea clavam spoliumque leonis,
,Vir' que ait ,his armis, armaque digna viro!'
nec se, quin horrens auderent tangere saetis
vellus, Achilleae continuere manus.
dumque senex tractat squalentia tela venenis,
excidit et laevo fixa sagitta pede est.
ingemuit Chiron traxitque e corpore ferrum;
aggemit Alcides Haemoniusque puer.
ipse tamen lectas Pagasaeïs collibus herbas
temperat et vana vulnera mulcet ope.
virus edax superabat opem, penitusque recepta
ossibus et toto corpore pestis erat.
sanguine Centauri Lernaeae sanguis echidnae
mixtus ad auxilium tempora nulla dabat.
stabat, ut ante patrem, lacrimis perfusus Achilles;
sic flendus Peleus, si moreretur, erat.
saepe manus aegras manibus fingebat amicis —
morum, quos fecit, praemia doctor habet, —
oscula saepe dedit, dixit quoque saepe iacenti:
,Vive, precor, nec me, care, relinque, pater!'
nona dies aderat, cum tu, iustissime Chiron,
bis septem stellis corpora cinctus eras.

17. Svetkovina na čast Merkuru.

Clare nepos Atlantis, ades! quem montibus olim
edidit Arcadiis Pleïas una Iovi:

10. *Aeacides,* Ahilej kao unuk Eakov. — 13. *leonis,* naime nemejskoga, kojega ubi Heraklo. — 14. *vir* sc. *digne.* — 17. *tractare,* pipati, sigrati se; *squalentia* = *tincta.* — *venenis* sc. lernejske hidre. — 20. *Haemon. puer* Achilles. — 22. *temperat* ,miješa i priređuje'. *vana,* prolept. — 25. *sanguis,* Heraklove strjelice nakvašene krvlju lernejske hidre. — 29. *fingere,* gladiti. — 30. *fecit* = *coluit,* odgojio; *doctor,* učitelj — 33. *tu,* kao zviježđe. — 34. *corpora,* ak. smjera, Pav. 214, 1. Gol. 193. bilj. 2; *corp. (plural),* jer Hiron kao kentaur bijaše odozgo čovjek, a odozdo konj.

17. Svetkovina pada na 15. maja; slavili bi je osobito trgovci. — 2. *Pl ias,* Maja jedna od Plejađa, t. j. zviježđa ,vlašići'.

pacis et armorum superis imisque deorum
arbiter, alato qui pede carpis iter,
laete lyrae pulsu, nitida quoque laete palaestra,
quo didicit culte lingua docente loqui;
templa tibi posuere patres spectantia Circum
idibus: ex illo est haec tibi festa dies.
te, quicumque suas profitetur vendere merces,
ture dato, tribuas ut sibi lucra, rogant.
est aqua Mercurii portae vicina Capenae:
si iuvat expertis credere, numen habet.
huc venit incinctus tunicam mercator et urna
purus suffita, quam ferat, haurit aquam.
uda fit hinc laurus; lauro sparguntur ab uda
omnia, quae dominos sunt habitura novos.
spargit et ipse suos lauro rorante capillos,
et peragit solita fallere voce preces:
,Ablue praeteriti periuria temporis', inquit,
,ablue praeteritae perfida verba die!
sive ego te feci testem falsove citavi
non audituri numina magna lovis,
sive deum prudens alium divamve fefelli:
abstulerint celeres improba verba noti.
et pateant veniente die periuria nobis,
nec curent superi, si qua locutus ero.
da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro
et fac, ut emptori verba dedisse iuvet'.
talia Mercurius poscentem ridet ab alto,
se memor Ortygias surripuisse boves.

3. *armorum* = belli; *imis deorum* t. j. onima u podzemlju. 4. *arbiter* (διάκτορος) ,posrednik'. — 5. *nitida,* jer se borci mazahu uljem. — 6. *quo docente,* kao bog govorništva. — 8. *ex illo,* otada; isp. *ex quo.* — 10. *rogant,* Pav. 186. Gol. 173. — 12. *(et aqua) numen habet,* krije u sebi božanstvo. — 13. *tunicam,* v. pređašnji br. 16. 34. — 14. *suffitâ i. e. fumo sive suffimine lustratâ,* za očišćanje, *quam ferat* = *ut eam secum auferat*; *suffitus,* okađen — 15. *hinc* = *ex aqua*; *lauro;* lovor ima u sebi silu očišćanja. — 16. S rečenicom: *quae.... novos* opisuje se pojam robe. — 20. *die,* genit. — 22. *non audituri Jovis,* t. j. nadajući se, da toga Jupiter ne će čuti. — 23. *prudens* = *sciens.* — 24. *noti,* pjesn. = *venti.* — 25. *patere,* biti dozvoljen, dopušten. — 26. *Si qua* sc. periuria. — 28. *verba dedisse* (aor.) ,prevariti'. — *iuvare,* za rukom poći. — 29. *poscentem* = *precantem; ab alto* = a caelo. — 30. *Ortygius* = *Delius;* goveda bijahu Delijskoga Apolona.

18. Metel spasava paladij.

Moenia Dardanides nuper nova fecerat Ilus;
Ilus adhuc Asiae dives habebat opes:
creditur armiferae signum caeleste Minervae
urbis in Iliacae desiluisse iuga. =
cura videre fuit; vidi templumque locumque.
hoc superest illic: Pallada Roma tenet. —
consulitur Smintheus lucoque obscuros opaco
hos non mentito reddidit ore sonos:
‚Aetheriam servate deam, servabitis urbem.
imperium secum transferet illa loci‘.
servat et inclusam summa tenet Ilus in arce,
curaque ad heredem Laomedonta redit.
sub Priamo servata parum; sic ipsa volebat,
ex quo iudicio forma revicta sua est.
seu genus Adrasti, seu furtis aptus Ulixes,
seu pius Aeneas eripuisse datur:
auctor in incerto, res est Romana; tuetur
Vesta, quod assiduo lumine cuncta videt.
heu quantum timuere patres, quo tempore Vesta
arsit et est adytis obruta paene suis!
flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes,
mixtaque erat flammae flamma profana piae.
attonitae flebant demisso crine ministrae;
abstulerat vires corporis ipse timor.
provolat in medium et magna ‚Succurrite!‘ voce,

18. 1. Il, sin Trosov, unuk Dardanov, zamoli Jupitera, da mu dade znak, po kojem će saznati, da mu je skorih dana dograđeni grad (Ilion) po volji, te odmah zatim iduće noći spade s neba paladij. — 2. *Asia* sc. *minor*. — 3. *caeleste*, διιπετές s neba. — 4. *iuga*, tvrđava. — 5. O Ovidijevim putovanjima u Grčku i Malu Aziju v. Uvod I. — *templum, locum* sc. *Minervae* — 6. *Roma*, paladij donese sa sobom Eneja u Rim, pa ga držahu i ondje za *pignus imperii*. — 7. *Smintheus*, Apolon, nazvan tako po gradu Sminti u Trojadi, gdje mu bijaše hram. — 8. *non mentitus*, νημερτής, *verax*. — 9. *aetheriam* = *caelestem*. — 14. *indicio* sc. *Paridis*, — *revicta* = *reprobata*. — 15. *genus* ‚potomak‘; misli se Diomed. — *furta* ‚varke‘. — 16. *datur* = *fertur, traditur*. – 17. *auctor* = *is qui eripuit*. — *res i. e. palladium*. — 18. *assiduo:* vatra na Vestinu žrtveniku ne smjede nikad ugasnuti. — 19. *Vesta arsit i. e. templum Vestae* god. 241 pr. Kr. — 20. *obruta:* misli se kip Vestin. — 23. *ministrae*, Vestalinke. — 25. *in medium i. e. in penetrale Vestae et inter Vestales*.

‚non est auxilium flere‘ Metellus ait.
‚Pignora virgineis fatalia tollite palmis!
non ea sunt voto, sed rapienda manu!
me miserum! dubitatis?‘ ait; dubitare videbat,
et pavidas posito procubuisse genu.
haurit aquas tollensque manus, ‚Ignoscite‘, dixit
‚sacra! vir intrabo non adeunda viro.
si scelus est, in me commissi poena redundet:
sit capitis damno Roma soluta mei‘.
dixit et irrupit; factum dea rapta probavit,
pontificisque sui munere tuta fuit.

E libris Metamorphoseon.

I. Dobi svijeta.

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo,
sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat.
poena metusque aberant; nec verba minacia fixo
aere legebantur: nec supplex turba timebat
iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti.
nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,
montibus in liquidas pinus descenderat undas:
nullaque mortales, praeter sua, litora norant.
nondum praecipites cingebant oppida fossae:
non tuba directi, non aeris cornua flexi,
non galeae, non ensis erant: sine militis usu
mollia securae peragebant otia gentes.
ipsa quoque immunis rastroque intacta nec ullis
saucia vomeribus per se dabat omnia tellus;

31. *haurit aquas*, kao ‚*ritus lustrandi*‘, da čistim rukama primi svetinju. — 32. *non adeunda* ἄδυτα. — 33. *commissi* = *sceleris*. — 34. *damnum*, gubitak, žrtva (moje glave). — 36. *munus*, služba, pomoć.

1. 1. *vindice nullo*, abl. aps. ‚*nullo*‘ prevedi sa ‚bez‘. — 3. *(in) fixo aere* (metonim.) = *in fixis tabulis aereis*. — 4. *supplex turba*, naime: rođaci, prijatelji i klijenti tuženika. — 5. *erant* sc. *homines*. — 6. i 7. Konstr. *caesa pinus nondum descenderat suis montibus* etc. — 8. *norant* = *noverant*. — 10. *directi, flexi aeris*, gen. qual. — 11. *miles* kolekt. — 13. *ipsa i. e. tellus*. — *immmunis*, ‚prosta od daće i rabote‘. — 14. *per se* = *sua sponte*. — 15. *nullo cogente* (abl. abs.) (sc. *terram*) ‚neprisiljena‘. *creatis* sc. *tellure*, (hrana) koja je iz zemlje rasla.

contentique cibis nullo cogente creatis
arbuteos fetus montanaque fraga legebant,
cornaque et in duris haerentia mora rubetis,
et quae deciderant patula Iovis arbore glandes.
ver erat aeternum, placidique tepentibus auris
mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
nec renovatus ager gravidis canebat aristis.
flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant;
flavaque de viridi stillabant illice mella.
Postquam, Saturno tenebrosa in Tartara misso,
sub Iove mundus erat, subiit argentea proles,
auro deterior, fulvo pretiosior aere.
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris:
perque hiemes aestusque et inaequales autumnos
et breve ver spatiis exegit quattuor annum.
tum primum siccis aër fervoribus ustus
canduit, et ventis glacies astricta pependit.
tum primum subiere domus — domus antra fuerunt
et densi frutices et vinctae cortice virgae. —
semina tum primum longis Cerealia sulcis
obruta sunt, pressique iugo gemuere iuvenci.
Tertia post illam successit aënea proles,
saevior ingeniis et ad horrida promptior arma,
non scelerata tamen. de duro est ultima ferro.
protinus irrupit venae peioris in aevum
omne nefas: fugere pudor verumque fidesque;
in quorum subiere locum fraudesque dolique
insidiaeque et vis et amor sceleratus habendi.
vela dabant ventis, nec adhuc bene noverat illos

16. *arbuteus fetus* = *fetus arbuti*, planika, maginja. — 17. *mora* ‚kupine‘. — 18. *Iovis arbor*, hrast. — *glandes*, vrsta žira, što ga jedu u južnim krajevima. — 20. *sine semine*, netočno mj. *sine semente*. — 22. *nec renovatus* = *et non ren.* = *cānebat.* pazi na kvantitetu. — 23. *nectar:* ovdje vino; *ire* teći, — 26. *subiīt* (= *successit*), često tako u perf. složenih glagola, no uvijek samo u arzi. — *proles.* rod, pleme; metonimično za doba, u koje ono živi. — 27. *deterior*, ne ‚*peior*‘ isp. v. 40. — 28. *contraxit* (pokrati, stegne) s obzirom na (v. 19) ‚*ver erat aeternum*‘. — 29. *hiemes, aestus, autumnos.* poradi plur. v. Pav. 272, 2, Gol. 257, 2; *inaequalis* ‚promjenljiv‘. — 30. *exegit* ‚dovrši, podijeli‘. — 34. *cortice*, ovdje ‚liko‘. — 38. *ingenium*, ćud (kao značaj), narav. — 40. *peioris venae*, (kovna žila, kovina) gen. qual. — 41. *verum*, supst.

navita: quaeque diu steterant in montibus altis,
fluctibus ignotis insultavere carinae.
communemque prius, ceu lumina solis et auras,
cautus humum longo signavit limite mensor.
nec tantum segetes alimentaque debita dives
poscebatur humus; sed itum est in viscera terrae,
quasque recondiderat Stygiisque admoverat umbris,
effodiuntur opes, irritamenta malorum.
iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum
prodierat; prodit bellum, quod pugnat utroque
sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
vivitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus,
non socer a genero, fratrum quoque gratia rara est.
imminet exitio vir coniugis, illa mariti;
lurida terribiles miscent aconita novercae;
filius ante diem patrios inquirit in annos.
victa iacet pietas; et Virgo caede madentes,
ultima caelestum, terras Astraea reliquit.
Neve foret terris securior arduus aether,
affectasse ferunt regnum caeleste Gigantas,
altaque congestos struxisse ad sidera montes.
tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
fulmine, et excussit subiecto Pelion Ossae.
obruta mole sua cum corpora dira iacerent,
perfusam multo natorum sanguine Terram
immaduisse ferunt, calidumque animasse cruorem,

45. *quaeque* etc. konstr. *carinaque, quae diu* etc. — 47. *lumina et auras*, akus. atrahiran na ispoređeni objekt, *communem humum*, premda bi pravo moralo glasiti: ‚*ceu lumina solis et aurae communia sunt*‘. — — 49. *debita*, jer zasijano tlo kao da duguje čovjeku svoj plod. — 51. *quasque — opes*, isp. v. 45. — *recond*, sc. *terra*. — 52. *malorum*, gen. obj. — 54. *utroque* sc. *ferro et auro*; kako treba razumjeti ‚*auro*‘? — 57. *socer — gener*, kao Cezar i Pompej. — *gratia*, ljubav, privrženost. — 58. *imminet* ‚radi o‘; *mariti* sc. *exitio*. — 59. *lurida* (aktivno) blijed; u aktiv. značenju ‚smrtonosan‘; *aconita*, uopće otrov. — 60. *ante diem*, prije vremena, *inquirit*, naime kod vračâ i gatalaca. — 62. konstr. *et Virgo Astraea ultima caelestum*, (= *caelestium*) *madentes caede terras reliquit*; *Astraea Virgo*, božica pravednosti. — 63. *neve* = *et ne*. — 64. *Gigantas*, grčki nastavak akuzativa. — 65. *congestos struxisse*, naime Pelion na Osu, a Olimp na Pelion. — 67. *subiecto Ossae*, dat mj. *de* s ablat.

et, ne nulla suae stirpis monumenta manerent,
in faciem vertisse hominum; sed et illa propago
contemptrix snperum saevaeque avidissima caedis
et violenta fuit: scires e sanguine natos.

2. Likaon.

Quae pater ut summa vidit Saturnius arce,
ingemit et, facto nondum vulgata recenti,
foeda Lycaoniae referens convivia mensae,
ingentes animo et dignas Iove concipit iras,
conciliumque vocat; tenuit mora nulla vocatos.
Est via sublimis, caelo manifesta sereno:
lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
hac iter est superis ad magni tecta Tonantis
regalemque domum: dextra laevaque deorum
atria nobilium valvis celebrantur apertis,
plebs habitat diversa locis; a fronte potentes
caelicolae clarique suos posuere penates.
Ergo ubi marmoreo superi sedere recessu,
celsior ipse loco sceptroque innixus eburno
terrificam capitis concussit terque quaterque
caesariem, cum qua terram, mare, sidera movit.
talibus inde modis ora indignantia solvit:

71. *ne nulla* = *ut nonnulla,* isp. Gol. 392, 7. — 73. *superum,* genit. plur. kao što *deûm* mj. *deorum.* — 74. *scires,* Pav. 334, Pr. Gol. 312, I b. — *natos* sc. *homines.*

2. 1. *quae,* naime: pokvarenost ljudsku, kako se ista u Met. 1. v 37. do 62. opisuje. — *Saturnius* Κρονίδης. — 2.—3. konstr. *foeda convivia Lyc. mensae reć. facto nondum vulg. fererens* — *recenti facto* je uzročni abl. apsol. — *referens* = *in memoriam sibi revocans* — *Lyc. mensae,* isp. v. 55 i dalje. Pjesnici meću rado mjesto genit. *posses*s. ili gen. *auctoris* adjektiv, tako *mensa Lycaonia* = m. *Lycaonis, sanguis Caesareus* = *s. Caesaris, arbuteus fetus* = *f. arbuti* (Met. 1, 16). — 5. *concilium* sc. *deorum*; *tenuit* = *retinuit.* — 7. *lactea nom. h.* = *nomen ei est.* — 8. *Tonantis* sc. *Jovis,* gromovnika, isp. Fast. 14. 183. — 10. *dii nobiles,* brojem 12, koji se kasnije napominju kao *potentes clarique caelicolae,* razlikuju se od tako zvanih *dii indigetes* (,*plebs*') kao što rimski *nobiles* i *plebs.* — *valvis apertis* (abl. qual.), poradi jutrenjega poklona, što ga poput rimskih klijenata svojim patronima čine niži bogovi (,*plebs*') višim bogovima (,*nobiles*'). — *celebrantur* = *frequentantur.* — 11. *locis,* abl. limit — *a fronte,* — sprijed. — 12. *Penates* = *domus* (sinekd.). — 13. *ergo* nastavlja (kao i ,*igitur*') prekinuto pripovijedanje. — *recessus* soba više prema sredini kuće; opreka: *atria.* — 17. *ora solvere,* ,otvorit usta'.

,Non ego pro mundi regno magis anxius illa
tempestate fui, qua centum quisque parabat
inicere anguipedum captivo bracchia caelo.
nam quamquam ferus hostis erat, tamen illud ab uno
corpore et ex una pendebat origine bellum.
nunc mihi, qua totum Nereus circumsonat orbem,
perdendum est mortale genus. per flumina iuro
infera, sub terras Stygio labentia luco,
cuncta prius tentata; sed immedicabile vulnus
ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.
sunt mihi semidei, sunt rustica numina, nymphae
faunique satyrique et monticolae Silvani:
quos quoniam caeli nondum dignamur honore,
quas dedimus, certe terras habitare sinamus.
an satis, o superi, tutos fore creditis illos,
cum mihi, qui fulmen, qui vos habeoque regoque,
struxerit insidias notus feritate Lycaon?'
Contremuere omnes, studiisque ardentibus ausum
talia deposcunt. rex postquam voce manuque
murmura compressit, tenuere silentia cuncti.
substitit ut clamor, pressus gravitate regentis,
Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit:
,Ille quidem poenas — curam hanc dimittite — solvit.
quod tamen admissum, quae sit vindicta, docebo.
contigerat nostras imfamia temporis aures;
quam cupiens falsam, summo delabor Olympo
et deus humana lustro sub imagine terras.
longa mora est, quantum noxae sit ubique repertum,
enumerare: minor fuit ipsa imfamia vero.

18. *magis anxius* sc. quam nunc. — 19. *centum,* spoji s *bracchia.* — 20. *anguipedes* = *gigantes*; *captivus,* proleptično t. j. da ga zauzmu. — 22. *corpus,* kolekt. ,zbor, družba' — *origo* = *gens, stirps.* — 23. *qua,* dokle, dokuda. — 24. *per* ,tako mi' ili se ne prevodi. — 27. *sincera* = *integra,* zdrav. — *trahere* ovdje: ,sa sobom povući (u pokvarenost ili zloću), okužiti — 29. *Fauniquē, quĕ* je otegnuto u arzi pred cezurom. — 31. *certe,* barem. — 32. *an* ,ili', ,zar', Pav. 367, 1, b. Gol. 340, b. — 35.—36. konstr. *stud. ardent. deposcunt ausum* (sc. *Lycaona*) *talia.* — *deposc.* sc. *ad poenam.* — *admissum,* supst. = *scelus (Lycaonis)* — 43. *Quam* (sc. *infamiam*) *cupiens falsam (esse).* — 46. *vero,* abl. compar.

Maenala transieram latebris horrenda ferarum
et cum Cyllene gelidi pineta Lycaei.
Arcadis hinc sedes et inhospita tecta tyranni
ingredior, traherent cum sera crepuscula noctem.
signa dedi venisse deum, vulgusque precari
coeperat; irridet primo pia vota Lycaon,
mox ait ,Experiar, deus hic, discrimine aperto,
an sit mortalis; nec erit dubitabile verum'.
nocte gravem somno necopina perdere morte
me parat: haec illi placet experientia veri.
nec contentus eo est; missi de gente Molossa
obsidis unius iugulum mucrone resolvit;
atque ita semineces partim ferventibus artus
mollit aquis, partim subiecto torruit igni.
quos simul imposuit mensis, ego vindice flamma
in domino dignos everti tecta penates.
territus ipse fugit nactusque silentia ruris
exululat, frustraque loqui conatur: ab ipso
colligit os rabiem, solitaeque cupidine caedis
vertitur in pecudes et nunc quoque sanguine gaudet.
in villos abeunt vestes, in crura lacerti:
fit lupus et veteris servat vestigia formae.
canities eadem est, eadem violentia vultus,
idem oculi lucent, eadem feritatis imago.
occidit una domus, sed non domus una perire
digna fuit: qua terra patet, fera regnat Erinys.
in facinus iurasse putes. dent ocius omnes,
quas meruere pati — sic stat sententia — poenas'.

47. i 48. *Maenela, Cyllene, Lycaeus*, brda u Arkadiji. — 49. *Arcad. tyranni* i. e. *Lycaonis.* — 53. konstr. *Experiar disc. ap. utrum deus hic (sit), an sit mortalis.* — *discrimen*, sredstvo, čim se razlučuje: ,pokus, dokaz'. — 53. *resolvit*, prereže. — 59. *semineces*, t. j. ,još ne mrzle'. — 60. *mollit = coquit.* — 61. *simul = simulac.* — *flamma* sc. *fulminis.* — 62. konstr. *everti tecta in Penates domino dignos;* jer nijésu prepriječili zločin. — 64. *ab ipso* (sc. *Lycaone)*, t. j. od njegove vlastite ćudi — 65. *colligit = concipit*, ,zadobije'. — 67. *abeunt* μεταμορφοῦνται ,prijeđu, prometnu se'. — 68. *lupus*, isp. λύκος s imenom Λυκάων. — 70. *idem = iidem.* — 71. *una domus = domus una*, hiazam. — 72. *digna perire*, kako u prozi? — *Erinys* ne: osvetnice, već one, koje potiču ljude na drske zločine. — 73. *iurasse*, subj. homines. — *putes*, Pav. 334., I. Gol. 312, I. — *ocius* θᾶσσον, što prije to bolje.

Dicta Iovis pars voce probant stimulosque frementi
adiciunt, alii partes assensibus implent.
est tamen humani generis iactura dolori
omnibus et, quae sit terrae mortalibus orbae
forma futura, rogant: quis sit laturus in aras
tura? ferisne paret populandas tradere terras?
talia quaerentes — sibi enim fore cetera curae —
rex superum trepidare vetat subolemque priori
dissimilem populo promittit origine mira.
Iamque erat in totas sparsurus fulmina terras:
sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus aether
conciperet flammas longusque ardesceret axis.
esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,
quo mare, quo tellus, correptaque regia caeli
ardeat et mundi moles operosa laboret.
tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.
poena placet diversa, genus mortale sub undis
perdere et ex omni nimbos demittere caelo.

3. Deukalionski potop.

Protinus Aeoliis Aquilonem claudit in antris
et quaecumque fugant inductas flamina nubes;
emittitque Notum, madidis Notus evolat alis
terribilem picea tectus caligine vultum:
barba gravis nimbis, canis fluit unda capillis,
fronte sedent nebulae, rorant pennaeque sinusque.
utque manu late pendentia nubila pressit,

76. *partes implent = officium deliberandi implent.* — 82. *superum*, v. Met. 1. 73. — 83. *dissimilem* sc. *ingenio* (ćud). — 86. *axis*, nebeska os (za čitavo nebo, sinekd.). — 88. *correpta* sc. *flammis fulminum.* — 89. *operosus* mukom i umjetnošću sagrađen. — *laborare*, trpjeti (štetu), štetovati — 90. *tela = fulmina.*

3. 1. *Aquilonem*, koji donosi vedro i suho vrijeme. — 2. *inductas*, sc. *a Jove*; isp. grčko νεφεληγερέτης. — 4. *vultum* ak. zavisan (na grčki način) od medijalnoga *tectus*, ,zastrvši sebi lice'. Takav akuz. dolazi često uz glagole, koji znače, ,oblačiti', isp. v. 9. Od toga valja dobro razlikovati tako isto na grčku načinjeni ak. pobliže određenoga dijela kod pjesnikâ kano: *Hiems canos hirsuta capillos*, Met. 5. 30. Uostalom isp. Pav. 214. Gol. 193. — 5. *capillis = de cap.* — 6. *fronte in fr.*; *sinus*, nabor; ovdje u pluralu ,nabrano odijelo'.

fit fragor, hinc densi funduntur ab aethere nimbi.
nuntia Iunonis, varios induta colores,
concipit Iris aquas alimentaque nubibus affert.
sternuntur segetes et deplorata colonis
vota iacent longique perit labor irritus anni.
  Nec caelo contenta suo est Iovis ira, sed illum
caeruleus frater iuvat auxiliaribus undis.
concovat hic amnes; qui postquam tecta tyranni
intravere sui, ,Non est hortamine longo
nunc, ait ,utendum: vires effundite vestras;
sic opus est: aperite domos ac mole remota
fluminibus vestris totas immittite habenas'.
  Iusserat: hi redeunt ac fontibus ora relaxant
et defrenato volvuntur in aequora cursu.
ipse tridente suo terram percussit: at illa
intremuit motuque vias patefecit aquarum.
exspatiata ruunt per apertos flumina campos
cumque satis arbusta simul pecudesque virosque
tectaque cumque suis rapiunt penetralia sacris.
si qua domus mansit potuitque resistere tanto
indeiecta malo, culmen tamen altior huius
unda tegit pressaeque latent sub gurgite turres.
  Iamque mare et tellus nullum discrimen habebant;
omnia pontus erat; deerant quoque litora ponto.
occupat hic collem; cumba sedet alter adunca
et ducit remos illic, ubi nuper ararat.
ille super segetes aut mersae culmina villae
navigat; hic summa piscem deprendit in ulmo.
figitur in viridi, si fors tulit, ancora prato,
aut subiecta terunt curvae vineta carinae.

10. *concipit*, ,vuče na sebe, upija' vlagu sa zemlje. — 11. *deplorata* i *irritus* treba spojiti s predikatima; tako isto i *indeiecta* u v. 28. colonis = a colonis. — 12. *irrĭtus*, prolept. predikat, uzalud. — 14. *Caerul. frater*, Neptun. — *auxiliaribus* isp. cohortes auxiliares. — 15. *tecta tyranni*: Neptunova je palača na dnu mora. — 19. *flumina*, ovdje ne ,rijeke', već: valovi, vode; *immittere habenas* ,pustiti uzde' (metafora). — 23.—25. Pazi na gomilanje daktila u ta tri stiha. Što želi njima izraziti pjesnik? — *cum satīs* = *et sata*. — 26. *sacris* i. e. Penatibus. — 29. *premere*, ,potopiti'. — *turres*, visoke zgrade uopće. — 31. *deerant*, gdje se kod glagola *desum* dva *e* sastaju, čine za pjesničko mjerenje jedan slog. — 32. *hic — alter*, kao što često: *pars — alii*. 35. *summâ*, ,na vrhuncu' isp. Pav. 277. Gol. 263.

et, modo qua graciles gramen carpsere capellae,
nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocae.
mirantur sub aqua lucos urbesque domosque
Nereïdes: silvasque tenent delphines et altis
incursant ramis agitataque robora pulsant.
nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones;
unda vehit tigres; nec vires fulminis apro,
crura nec ablato prosunt velocia cervo.
quaesitisque diu terris, ubi sistere detur,
in mare lassatis volucris vaga decidit alis.
obruerat tumulos immensa licentia ponti,
pulsabantque novi montana cacumina fluctus.
maxima pars unda rapitur; quibus unda pepercit,
illos longa domant inopi ieiunia victu.

4. Deukalion i Pira.

  Separat Aonios Oetaeis Phocis ab arvis,
terra ferax, dum terra fuit; sed tempore in illo
pars maris et latus subitarum campus aquarum.
mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,
nomine Parnasus, superantque cacumina nubes.
hic ubi Deucalion — nam cetera texerat aequor —
cum consorte tori parva rate vectus adhaesit,
Corycidas nymphas et numina montis adorant
fatidicamque Themin, quae tunc oracla tenebat.
non illo melior quisquam nec amantior aequi
vir fuit, aut illa metuentior ulla deorum.
  Iuppiter ut liquidis stagnare paludibus orbem
et superesse virum de tot modo milibus unum,
et superesse videt de tot modo milibus unam,

38. *modo* ,ovaj čas'. — 42. *agitataque*, proleptično = *ita ut agitentur*. — 44. *vires fulminis* i. e. vires dentium. — 45. *ablato* sc. *undis*. — 48. *tumulos* = *colles*. — 49. *novi* (καινοί, *insueti*), neobični, nepoznati. — 50. *pars i. e. animantium*. — 51. *inopi*, abl. kao i *facto recenti* Met. 2. 2.

4. 1. Spoji: *Phocis separat Aonios ab arvis Oetaeis*. *Aonia* = *Boeotia*. — 3. *subitarum*, iznenada navrlih'. — 5. *nubes* je akuzativ. — 7. *consors tori* = *uxor*. — 8. *Corycidas*, korička spilja na Parnasu više Delfâ bijaše posvećena nimfama. — *numina*, muze, koje obitavaju na Parnasu. — 9. *tunc oracla* (sinkopa): kasnije posjedovaše delfijsko proročište Apolon. — 10. poradi genit. *aequi* i (v. 11.) *deorum* v. Pav. 242. Gol. 196. — 12. *orbem* sc. *terrarum*.

*

innocuos ambos, cultores numinis ambos,
nubila disiecit nimbisque aquilone remotis
et caelo terras ostendit et aethera terris.
Nec maris ira manet, positoque tricuspide telo
mulcet aquas rector pelagi, supraque profundum
exstantem atque umeros innato murice tectum
caeruleum Tritona vocat conchaeque sonanti
inspirare iubet fluctusque et flumina signo
iam revocare dato. cava bucina sumitur illi,
tortilis, in latum quae turbine crescit ab imo,
bucina, quae medio concepit ubi aëra ponto,
litora voce replet sub utroque iacentia Phoebo.
tunc quoque, ut ora dei madida rorantiabarba
contigit et cecinit iussos inflata receptus,
omnibus audita est telluris et aequoris undis,
et quibus est undis audita, coërcuit omnes.
flumina subsidunt collesque exire videntur:
iam mare litus habet, plenos capit alveus amnes;
surgit humus, crescunt loca decrescentibus undis;
postque diem longam nudata cacumina silvae
ostendunt limumque tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat. quem postquam vidit inanem
et desolatas agere alta silentia terras,
Deucalion lacrimis ita Pyrrham affatur obortis:
‚O soror, o coniunx, o femina sola superstes,
quam commune mihi genus et patruelis origo,
deinde torus iunxit, nunc ipsa pericula iungunt:
terrarum quascumque vident occasus et ortus,

18. *posito* = *dep.*, *tricuspis* = *tridens.* — 19. *profundum*, supst. — 20. *murice* kolekt. — *umeros* poradi ak. v. Met. 3, 4, — 23. *iam* ‚smjesta‘ — *illi* = *ab illo* Pav. 226. Gol. 215. — 24. *turbine* — *ab imo*, počev od najdonjega zavoja, koji služi kao dulac te je najuži. — 25. *concepit aëra*, naime: duhanjem. — 26. *sub utroque Phoebo* *i. e. oriente et occidente.* — 28. *contigit* sc. *bucina.* — *receptus* mj. ‚*receptui*‘ u prozi. — 29. *undis*, dat. kao u v. 23. — 31. *videntur*. ‚vidi se, gdje‘. — 34. *dies* ‚vrijeme, (u tom značenju uvijek ženskog roda). — *nudata* sc. *fluctibus.* – 36. *redditus* (sc. *ad habitandum*) = *restitutus*, — 39. *soror*, upravo ‚bratučeda‘; Deukalion bijaše sin Prometeja, brata Epimetejeva, kojega kći bijaše Pira; stoga u stihu 40. ‚*patruelis origo*‘. — 41. *deinde* čitaj kao dva sloga; tako često u pjesnikâ. Gol. M. 14. — 42. *terrarum* sp. s *turba*: ‚u svem svijetu samo nas dvoje čitav smo narod‘, — *possedit*, od *possido.*

nos duo turba sumus: possedit cetera pontus
haec quoque adhuc vitae non est fiducia nostrae
certa satis: terrent etiam nunc nubila mentem.
quis tibi, si sine me fatis erepta fuisses,
nunc animus, miseranda, foret? quo sola timorem
ferre modo posses? quo consolante doleres?
namque ego, crede mihi, si te quoque pontus haberet,
te sequerer, coniunx, et me quoque pontus haberet.
o utinam possem populos reparare paternis
artibus atque animas formatae infundere terrae!
nunc genus in nobis restat mortale duobus —
sic visum superis — hominumque exempla manemus.‘
Dixerat, et flebant. placuit caeleste precari
numen et auxilium per sacras quaerere sortes.
nulla mora est: adeunt pariter Cephisidas undas,
ut nondum liquidas, sic iam vada nota secantes.
inde ubi libatos irroravere liquores
vestibus et capiti, flectunt vestigia sanctae
ad delubra deae, quorum fastigia turpi
pallebant musco, stabantque sine ignibus arae.
ut templi tetigere gradus, procumbit uterque
pronus humi gelidoque pavens dedit oscula saxo.
atque ita ‚Si precibus‘ dixerunt ‚numina iustis
victa remollescunt, si flectitur ira deorum:
dic, Themi, qua generis damnum reparabile nostri
arte sit, et mersis fer opem, mitissima, rebus.‘
Mota dea est sortemque dedit: ‚Discedite templo
et velate caput cinctasque resolvite vestes
ossaque post tergum magnae iactate parentis‘.
Obstupuere diu, rumpitque silentia voce
Pyrrha prior, iussisque deae parere recusat,

44. *adhuc non* = *nondum.* — *fiducia* (pouzdanje pobuđujući) zalog. — 46. *Quis tibi animus foret*, ‚kako bi ti bilo pri duši?‚ — 47. *quo* sp. sa *modo* (u v. 48). — 48. *quo consolante doleres*, isto što: *quis te dolentem consolaretur.* — 51. *paternis artibus*, jer je Prometej stvarao ljude. — 55. *placuit* sc. *iis*, ‚odlučiše‘. — 56. *num. caeleste*, boginja Temida; *sortes* (rijek orakula, proročanstvo) isp. v. 67 i 69. — 57. *nulla mora est* = *statim.* — 58. *ut* — *sic:* doduše (premda) — ali ipak‘. — *nota* sc. *undis*, — 59. *inde* = *ex undis; libatos* = *haustos.* Prije svakoga sv. čina očišćali bi se prvo pokropivši ruke, glavu i odijelo tekućom vodom. — 68. *mersae res*, naša nesreća od potopa. — 69. *templo*, abl. separ. — 73—75. *iussis p. recusat et pav. ore rogat*, (ut.) *sibi ven. det* (dea), *et pavet laedere maternas umbras.* Stari naime držahu za veliki grijeh uznemirivati pokojnike.

detque sibi veniam, pavido rogat ore, pavetque
laedere iactatis maternas ossibus umbras.
Interea repetunt caecis obscura latebris
verba datae sortis secum inter seque volutant.
inde Promethiades placidis Epimethida dictis
mulcet et ‚Aut fallax' ait ‚est sollertia nobis,
aut pia sunt nullumque nefas oracula suadent.
magna parens terra est lapides in corpore terrae
ossa reor dici, iacere hos post terga iubemur.'
Coniugis augurio quamquam Titania mota est,
spes tamen in dubio est: adeo caelestibus ambo
diffidunt monitis, sed quid tentare nocebit?
descendunt velantque caput tunicasque recingunt
et iussos lapides sua post vestigia mittunt.
saxa — quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas? —
ponere duritiem coepere suumque rigorem
mollirique mora mollitaque ducere formam.
mox ubi creverunt naturaque mitior illis
contigit: ut quaedam, sic non manifesta videri
forma potest hominis, sed uti de marmore coepto,
non exacta satis rudibusque simillima signis.
quae tamen ex illis aliquo pars umida suco
et terrena fuit, versa est in corporis usum;
quod solidum est flectique nequit, mutatur in ossa;
quae modo vena fuit, sub eodem nomine mansit;
inque brevi spatio superorum numine saxa
missa viri manibus faciem traxere virorum
et de femineo reparata est femina iactu.
inde genus durum sumus experiensque laborum
et documenta damus, qua simus origine nati.

---

74. *detque,* poradi *que v. Met. 1, 45: quaeque* — 76. *repetunt* sp. sa *secum.* — *caecis* (pasivno) *obscura l. verba,* ‚tajanstvenom tamom obavite riječi'. — 78. Patronymica (Προμηθείδης, Ἐπιμηθίς) smjeraju na to, da duševna narav Prometejeva i Epimetejeva (promišljaj i zamišljaj) u djeci im jednako dalje djeluje. — 79. *nobis* = *mihi.* — 82. *ossa dici* je predikat za *lapides.* — 83. *augurio,* ‚tumačenjem' (orakula). — *Titania:* Promet. i Epimetej bijahu sinovi Titana Japeta — 86. *descendunt,* sc. *de templi gradibus.* — 87. *iussos* ‚kako bi naloženo'. — 89. *ponere* = *dep.* — 90. *morâ* = *sensim,* ‚malo pomalo'. — 92 *ut sic, v. v. 58.* — *videri,* kano u v. 31. — 96. *in corporis usum'* da bude mesom (oppos. *ossa*); zato znači *corpus amittere,* ‚mršaviti', *corpus facere,* ‚debljati'. — 98. *vena,* naime u kamenu. — 100. *faciem trahere* = formam ducere, primiti oblik. — 101. *femina* = *femineum genus.* — 102. *experiens laborum,* πολύτλας = *patiens.*

5. Faeton.

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
clara micante auro flammasque imitante pyropo,
cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat,
argenti bifores radiabant lumine valvae.
materiam superabat opus; nam Mulciber illic
aequora caelarat medias cingentia terras
terrarumque orbem caelumque, quod imminet orbi.
caeruleos habet unda deos, Tritona canorum,
Proteaque ambiguum, balaenarumque prementem
Aegaeona suis immania terga lacertis.
Doridaque et natas, quarum pars nare videtur,
pars in mole sedens virides siccare capillos,
pisce vehi quaedam: facies non omnibus una,
nec diversa tamen, qualem decet esse sororum.
terra viros urbesque gerit silvasque ferasque
fluminaque et nymphas et cetera numina ruris.
haec super imposita est caeli fulgentis imago
signaque sex foribus dextris totidemque sinistris.
Quo simul acclivi Clymeneïa limite proles
venit et intravit dubitati tecta parentis,
protinus ad patrios sua fert vestigia vultus
consistitque procul; neque enim propiora ferebat
lumina. purpurea velatus veste sedebat
in solio Phoebus claris lucente smaragdis.
a dextra laevaque Dies et Mensis et Annus
Saeculaque et positae spatiis aequalibus Horae,

---

5. Faeton, sin Helijev i Klimenin, uvrijeđen od nekoga svoga vršnjaka, koji je posumnjao o njegovu božanskom izvoru, potraži grad *(regia)* svoga oca, da se osvjedoči o istinitosti svoga roda.

1. *Regia* (sc. *arx*), kraljevski dvor. — 2. *imitante* prevedi sa ‚nalik na'. — 3. *cuius,* sp. s *fastigia, argenti* s *lumine.* — 5. *opus,* naime umjetnika. — *illic* sc. *in valvis.* — 6. *medias,* naime što leže u njegovoj (t. j. mora) sredini. — 9. *ambiguum,* poradi sposobnosti, što se je mogao prometnuti u različne likove, „mnogolik". — *premere,* ‚čvrsto se držati, obuhvatiti što'. — 11. *natas* = *filias; videtur,* kao i Met. 4. 31. — 12. *moles,* greben. — 13. *pisce,* kolekt. — 14. *qualem* sc. *faciem.* — 17. *haec super* = *super haec;* tako često u pjesnikâ. — 18. *signa* zviježđe tako zvanoga suncopasa (zodijaka). — 19. *quo* adverb. — *simul* = *simulac.* — *Clymeneïa proles* = *Phaëthon.* — 21. *patrios vultus* = *patris vultus,* v. Met. 2, 3. — 22. *ferre* ‚podnositi'.

Verque novum stabat cinctum florente corona,
stabat nuda Aestas et spicea serta gerebat,
stabat et Autumnus calcatis sordidus uvis
et glacialis Hiems canos hirsuta capillos.
inde loco medius rerum novitate paventem
Sol oculis iuvenem, quibus aspicit omnia, vidit,
‚Quae‘ que ‚viae tibi causa? quid hac‘ ait ‚arce petisti‘
progenies, Phaëthon, haud infitianda parenti?‘
Ille refert: ‚O lux immensi publica mundi,
Phoebe pater, si das huius mihi nominis usum,
pignora da, genitor, per quae tua vera propago
credar, et hunc animis errorem detrahe nostris‘.
Dixerat. at genitor circum caput omne micantes
deposuit radios propiusque accedere iussit
amplexuque dato ‚Nec tu meus esse negari
dignus es, et Clymene veros‘ ait ‚edidit ortus.
quoque minus dubites, quodvis pete munus, ut illud
me tribuente feras; promissis testis adesto
dis iuranda palus oculis incognita nostris‘.
Vix bene desierat, currus rogat ille paternos
inque diem alipedum ius et moderamen equorum.
Paenituit iurasse patrem; qui terque quaterque
concutiens illustre caput, ‚temeraria‘ dixit
‚vox mea facta tua est. utinam promissa liceret
non dare! confiteor, solum hoc tibi, nate, negarem.
dissuadere licet. non est tua tuta voluntas.

27. *novus* ‚mlad‘. — 28. *nuda* γυμνή ‚lako odjeven‘. — 29. *sordidus* ‚poprskan‘. — 30. poradi ak. *capillos* v. Met. 3, 4. — 31. *inde* (sc. *ex solio*), sp. s *vidit.* — *loco* (abl. limit.) *medius.* isp. Met. 2, 14: *celsior loco.* — 34. *haud infitianda parenti:* Feb kao svevideći znade već za uzrok njegovu dolasku. — 35. *refert,* ἀποκρίνεται. — *publica,* ‚svima (naime bogovima i ljudima) zajedničko‘. — 38. *animis nostris,* pjesn. = *animo meo.* — *error,* ‚bludnja, neizvjesnost‘. — 41. konstr. *nec tu es dignus negari (= qui negeris) meus esse.* — 42. *edidit = dixit.* — 43. *quoque = et quo.* — 45. *dis iuranda palus,* lični pasiv, jer pjesnici kadšto prema grčkomu kažu i *iurare paladem.* — *palus = Styx;* isp. još rječnik s. v. — *incognita,* kako to? — 46. *bene,* ‚pravo‘. — 47. *in diem* ‚za jedan dan‘. — *alipedum,* ‚brzonogih‘, jer sunčevi konji nemaju krilâ na nogama, već na plećima. — 50. *vox mea,* isp. v. 43—45. *tuâ (voce),* tvojom riječi t. j. po tebi. — 51. *non dare = negare,* odbiti; *negarem (si liceret).* — 52. *non tuta = periculosa.*

magna petis. Phaëthon, et quae nec viribus istis
munera conveniant, nec tam puerilibus annis.
sors tua mortalis: non est mortale, quod optas.
plus etiam, quam quod superis contingere fas est,
nescius affectas, placeat sibi quisque licebit;
non tamen ignifero quisquam consistere in axe
me valet excepto. vasti quoque rector Olympi,
qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,
non agat hos currus; et quid Iove maius habemus?
ardua prima via est et qua vix mane recentes
enituntur equi; medio est altissima caelo,
unde mare et terras ipsi mihi saepe videre
fit timor et pavida trepidat formidine pectus.
ultima prona via est et eget moderamine certo:
tunc etiam, quae me subiectis excipit undis,
ne ferar in praeceps, Tethys solet ipsa vereri. —
forsitan et lucos illic urbesque deorum
concipias animo delubraque ditia donis
esse? per insidias iter est formasque ferarum.
utque viam teneas nulloque errore traharis,
per tamen adversi gradieris cornua Tauri
Haemoniosque arcus violentique ora Leonis
saevaque circuitu curvantem bracchia longo
Scorpion atque aliter curvantem bracchia Cancrum.
nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis,
quos in pectore habent, quos ore et naribus efflant,

53. konstr. *et* (talia) *munera* (posao), *qu e.* . — *istis,* Pav. 289. Gol. 272. — 57. *sibi placere,* do sebe mnogo držati, sobom se ponositi. — *licebit,* ‚neka‘, poradi konjukt. v. P, 338. Gol. 315. — 58. *axis = currrus.* — 59. *quoque = etiam,* ‚dapače‘. — 61. *non agat* οὐκ ἂν ἄγοι. — 62. *prima* (iz početka), isp. Met. 3, 35: *summa in ulmo*; tako isto *ultima via* v. 66. — 64. *mihi fit timor videre,* isp. Pav. 347. Pr. Gol. 322. bilj. — 67. i 68. konstr. *et Tethis, quae* etc. — 69. *urbes deorum,* t. j. bogovima posvećeni. — 70. *concipere animo* ‚predstavljati si, misliti‘ — *dona* ἀναθήματα. — 71. *formae ferarum,* naime: životinski likovi suncopasa, što ih odmah dalje napominje; isp. još v. 178 i dalje. — 72- *ut* concess, ‚recimo da‘ ili ‚ako i‘. — 73. *adversi* ‚prema tebi okrenuta‘. — *Haem. arcus,* zviježđe „strijelac“, za kojega mišljahu da je u zviježđe pretvoreni kentaur Hiron. Kentauri življahu u Tesaliji *(Haemonia).* — 76. Sp. *(per) Scorpion saeva bracchia longo circuitu curvantem; Scorpion,* ak. grčkoga oblika Scorpios. — *aliter,* t. j. u protivnom smjeru. — 77. *quadrupedes,* sunčevi konji.

in promptu regere est: vix me patiuntur, ubi acres
incaluere animi, cervixque repugnat habenis.
at tu, funesti ne sim tibi muneris auctor,
nate, cave, dum resque sinit, tua corrige vota.
scilicet ut nostro genitum te sanguine credas,
pignora certa petis: do pignora certa timendo,
et patrio pater esse metu probor. aspice vultus
ecce meos; utinamque oculos in pectora posses
inserere et patrias intus deprendere curas!
denique quidquid habet dives, circumspice, mundus,
eque tot ac tantis caeli terraeque marisque
posce bonis aliquid: nullam patiere repulsam.
deprecor hoc unum, quod vero nomine poena,
non honor est: poenam, Phaëthon, pro munere poscis!
quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis?
ne dubita; dabitur — Stygias iuravimus undas —
quodcumque optaris: sed tu sapientius opta'.
Finierat monitus; dictis tamen ille repugnat,
propositumque premit flagratque cupidine currus.
ergo, qua licuit, genitor cunctatus ad altos
deducit iuvenem, Vulcania munera, currus.
aureus axis erat, temo aureus, aurea summae
curvatura rotae, radiorum argenteus ordo.
per iuga chrysolithi positaeque ex ordine gemmae
clara repercusso redebant lumina Phoebo.
dumque ea magnanimus Phaëthon miratur opusque
perspicit, ecce vigil nitido patefecit ab ortu
purpureas Aurora fores et plena rosarum
atria: diffugiunt stellae, quarum agmina cogit

82. *resque; que* sp. s *dum.* — 84. *timendo,* tim što se bojim (za te). — 87. *deprendere = deprehendere.* — 88. konstr. *denique circumspice... et posce;* tako isto u v. 89. sp. *tantis* sa *bonis* (v. 90.). — 91. *deprecor,* ἀπεύχομαι moleći odvraćam. — 96. *monitus,* v. Fast. 3. 139. — 97. *prop. premit,* ‚ostaje kod svoje nakane'. — 98. *qua = quatenus,* isp. Met. 2, 23. — 101. *curvat. sum. rotae,* naplatak, gobela. — *radii,* ‚paoci, žbice' na točku. — 102. *iuga,* jaram sprijed na rudi. — *ex ordine,* ‚redom, udilj'. — ka *gemmae* dod. *‚aliae'.* — 103. *Phoebo = sole.* — 104. *magnanimus,* μέγα φρονῶν, μεγαλήτωρ (Hom.). — *opus,* kao i u v. 37. — 105. *vigil Aurora,* ἠὼς ἠριγένεια. — 106. *plena ros. atria,* poradi ružičasta jutrenjega rumenila (isp. ῥοδοδάκτυλος). — 107. *agmen agere, cogere (= claudere);* ‚četu, povorku zaključiti'.

Lucifer et caeli statione novissimus exit.
quem petere ut terras, mundumque rubescere vidit
cornuaque extremae velut evanescere lunae,
iungere equos Titan velocibus imperat Horis.
iussa deae celeres peragunt ignemque vomentes
ambrosiae suco saturos praesepibus altis
quadrupedes ducunt adduntque sonantia frena.
tum pater ora sui sacro medicamine nati
contigit et rapidae fecit patientia flammae
imposuitque comae radios praesagaque luctus
pectore sollicito repetens suspiria dixit:
‚Si potes his saltem monitis parere paternis,
parce, puer, stimulis et fortius utere loris:
sponte sua properant; labor est inhibere volantes.
utque ferant aequos et caelum et terra calores,
nec preme nec summum molire per aethera currum
altius egressus caelestia tecta cremabis,
inferius terras: medio tutissimus ibis.
neu te dexterior tortum declinet ad Anguem,
neve sinisterior pressam rota ducat ad Aram:
inter utrumque tene. Fortunae cetera mando,
quae iuvet et melius, quam tu tibi, consulat opto.
dum loquor, Hesperio positas in litore metas
umida nox tetigit; non est mora libera nobis:
poscimur; effulget tenebris Aurora fugatis.
corripe lora manu! — vel, si mutabile pectus
est tibi, consiliis, non curribus utere nostris,
dum potes et solidis etiam nunc sedibus astas,

108. *caeli statio,* nebeska straža. — *novissimus,* ‚posljednji'. — 109. Spoji; *quem ut (= ut eum sc. Luciferum) Titan vidit terras petere et mundum rubescere et cornua..... evanescere. Titan = Sol.* — 110. *extremae lunae* ‚mjeseca, što je samo još slabo svijetlio; ili kako neki hoće: ‚posljednjega srpa (četvrta)'. — *imperat iungere; imperare* s aktivn. infinitivom je pjesnički. — 112. *celeres,* predikativno za *peragunt.* — 114. *ducunt = abducunt.* — 115. *medicamen,* sok. — 116. *patiens,* neosjetljiv za..' — 117. konstr. *et praesaga luctus* (genit.) *suspiria repetens* (izdišući) etc. — 122. *ferant = accipiant.* — 123. *premere,* ‚tištiti, spuštati', t. j. tjerati niže dolje; *moliri* = uvis tjerati. — 126. *dexterior* sc. *rota.* — 127. *pressus,* niže ležeći. — 128. *tene* (sc. *cursum),* ovdje apsol. ‚drži se'. — 129. Sp. *quae* (te) *iuvet et* (tibi) *melius consulat, quam tu tibi, opto; consulat opto;* isp. Pav. 346. 3. — 130. *Hesperio* etc, jer i noć doprvši do svoga cilja *(metas)* na zapadu zaroni u more. — 133. *pectus = mens* (φρένες).

dumque male optatos nondum premis inscius axes.
quae tutus spectes, sine me dare lumina terris!'
Occupat ille levem iuvenali corpore currum
statque super manibusque datas contingere habenas
gaudet et invito grates agit inde parenti.
interea volucres Pyrois et Eous et Aethon,
Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras
flammiferis implent pedibusque repagula pulsant.
quae postquam Tethys fatorum ignara nepotis
reppulit et facta est immensi copia mundi,
corripuere viam pedibusque per aëra motis
obstantes scindunt nebulas pennisque levati
praetereunt ortos isdem de partibus euros.
Sed leve pondus erat, nec quod cognoscere possent
Solis equi, solitaque iugum gravitate carebat.
utque labant curvae iusto sine pondere naves
perque mare instabiles nimia levitate feruntur,
sic onere assueto vacuus dat in aëra saltus
succutiturque alte similisque est currus inani.
quod simulac sensere, ruunt tritumque relinquunt
quadriiugi spatium, nec quo prius ordine currunt.
ipse pavet, nec qua commissas flectat habenas,
nec scit, qua sit iter, nec, si sciat, imperet illis.
tum primum radiis gelidi caluere Triones.
et vetito frustra tentarunt aequore tingi;
quaeque polo posita est glaciali proxima Serpens,
frigore pigra prius nec formidabilis ulli,

136. *axes;* o jednoj osi, jer sunčana kola bijahu samo na dva točka. — 137. *Quae = ut ea.* — *sine*, imperativ. — 138. *occupat*, pope se na. — *iuvenali corpore*, abl. visi o *levem.* — 140. *inde = de curru.* — 144. *Quae* sc. *repagula.* — *nepotis;* jer je Tetija majka Klimenina. — 145. *postquam facta est cop. imm. mundi*, ‚pošto im bijaše otvoren čitav golemi svijet'. — 148. *isdem = iisdem.* — *praetereunt,* pretječu. — 149. *levis* ‚prelak'. — *nec quod — possent = et tale, ut id cognoscere non possent.* Pav. 359, 3. Gol. 338, 2. — 150. *iugum = currus.* — 151. *iustus*, ‚dovoljan'. — 153. *dat saltus = salit.* — 156. *quo prius* sc. *cucurrerunt.* — 157. konstr. *nec scit, quâ — flectat habenas, nec quâ sit iter.* — 159. *Triones*, veliki i mali medvjed na nebu u slici kolâ. Oboje zviježđe za nas nikad ne zahodi, stoga bijaše za njih ‚aequor *vetitum* (v. 160)'. — 161. *Serpens = Anguis* v. 126. — 162. *pigra*, ‚ukočena'.

incaluit sumpsitque novas fervoribus iras.
te quoque turbatum memorant fugisse, Boote,
quamvis tardus eras et te tua plaustra tenebant.
Ut vero summo despexit ab aethere terras
infelix Phaëthon penitus penitusque iacentes,
palluit et subito genua intremuere timore,
suntque oculis tenebrae per tantum lumen obortae.
et iam mallet equos nunquam tetigisse paternos,
iam cognosse genus piget et valuisse rogando;
quid faciat? multum caeli post terga relictum,
ante oculus plus est; animo metitur utrumque
et modo, quos illi fatum contingere non est,
prospicit occasus, interdum respicit ortus;
quidque agat ignarus stupet, et nec frena remittit,
nec retinere valet, nec nomina novit equorum.
tum vero, ut vario passim miracula caelo
sparsa et vastarum vidit simulacra ferarum,
mentis inops gelida formidine lora remisit;
quae postquam summum tetigere iacentia tergum
exspatiantur equi nulloque inhibente per auras
ignotae regionis eunt, quaque impetus egit,
hac sine lege ruunt altoque sub aethere fixis
inscursant stellis rapiuntque per avia currum,
et modo summa petunt, modo per declive viasque
praecipites spatio terrae propiore feruntur;
inferiusque suis fraternos currere Luna
admiratur equos, ambustaque nubila fumant.
Corripitur flammis, ut quaepue altissima, tellus

164. *Bootes*, gončin na kolima (*plaustra = plaustrum*, zviježđe). — 165. *Quamvis, . . eras:* Pjesnici i kašnji prozaici upotrebljavaju *quamvis* i *quamquam* izmjenice sad s indik. sad s konjukt. isp. Trist. 1. 113. — *tardus*, jer to zviježđe zapadajući posve polagano naginje i kasno u noć zalazi. — 169. *per tantum lumen*, ‚sred (kod) tolikoga svijetla'. — *valuisse rogando*, ‚uspjeti s molbom'. — 174. *modo — interdum = modo — modo.* — *fatum non est*, ‚nije silo suđeno'. — 176. *Quidque = et quid.* — 178. *varius*, ‚šaren. šarovit'. — 179. *ferarum*, isp. v. 71—76. — 181. *quae = et ea* (sc. lora); *iacentia* ‚slabo napeta'. — 184. *sine lege* (mimo određeni smjer), ‚slijepo'. — 185. *stellis*, dat. visi o *incursant.* — 187. *feruntur*, isp. v. 68. — 188. *Luna* setra Febova. vozi se također na kolima (zato: *fraternos*). — *suis* sc. *equis* (abl. comp.) — 190. *ut quaeque altissima = altissima quaque* (sc. *tellus*).

fissaque agit rimas et sucis aret ademptis.
pabula canescunt, cum frondibus uritur abor,
materiamque suo praebet seges arida damno.
parva queror: magnae pereunt cum moenibus urbes,
cumque suis totas populis incendia terras
in cinerem vertunt. silvae cum montibus ardent:
nec prosunt Scythiae sua frigora; Caucasus ardet
Ossaque cum Pindo maiorque ambobus Olympus,
aëriaeque Alpes et nubifer Appenninus.
Tum vero Phaethon cunctis e partibus orbem
aspicit accensum, nec tantos sustinet aestus,
ferventesque auras velut e fornace profunda
ore trahit currusque suos candescere sentit;
et neque iam cineres eiectatamque favillam
ferre potest calidoque involvitur undique fumo:
quoque eat, aut ubi sit, picea caligine tectus
nescit et arbitrio volucrum raptatur equorum.
sanguine tum credunt in corpora summa vocato
Aethiopum populos nigrum traxisse colorem;
tum facta est Libye raptis umoribus aestu
arida; tum Nymphae passis fontesque lacusque
deflevere comis: quaerit Boeetia Dircen,
Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas undas.
nec sortita loco distantes flumina ripas
tuta manent: mediis Tanais fumavit in undis,
arsit et Euphrates Babylonius, arsit Orontes,
quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus, aurum;
Nilus in extremum fugit perterritus orbem
occuluitque caput, quod adhuc latet; ostia septem
pulverulenta vacant, septem sine flumine valles.

191. *fissa agit rimas* = *finditur et agit rimas*; *agere rimas*, ‚ispucati'. — 201. *aestus*, poradi plur. isp. Pav. 272, 2. Gol. 257. 2. — 202. *fornax*, ‚krušna peć, viganj', jer u Rimljana kao i Grkâ nije bilo peći u sobama, već jedino otvorenih ognjišta (komina). — 203. *ore trahit*, ‚srče, diše'. — 204. *neque — que* u v. 205; isp. *neque — et*. — 208. *summa (=extrema)*, kano u v. 100. — 209. *traxisse* = *induisse*. — 212. *quaerit* = *desiderat*. — 213. *Pirenides undae* = *Pirene*, vrutak u Korintu, koji nikad ne presahne. — 214. *loco dist.* (daleko razmaknute) *ripas* objekt za *sortita flum*. — 217. *ignibus*, kao i *aestus*, *v*. 201. — 218. *orbem* sc. *terrarum*. — 219. *caput* (metaf.) ‚izvor'. Izvor Nila zanimao je već i stare narode.

fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat
Hesperiosque amnes, Rhenum Rhodanumque Padumque,
cuique fuit rerum promissa potentia, Thybrin.
Dissilit omne solum penetratque in Tartara rimis
lumen et infernum terret cum coniuge regem.
et mare contrahitur, siccaeque est campus arenae,
quod modo pontus erat; quosque altum texerat aequor,
exsistunt montes et sparsas Cycladas augent.
ima petunt pisces, nec se super aequora curvi
tollere consuetas audent delphines in auras;
corpora phocarum summo resupina profundo
exanimata natant. ipsum quoque Nerea fama est
Doridaque et natas tepidis latuísse sub antris.
ter Neptunus aquis cum torvo bracchia vultu
exserere ausus erat, ter non tulit aëris ignes.
alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto,
opposuitque manum fronti, magnoque tremore
omnia concutiens paulum subsedit et infra,
quam solet esse, fuit, siccaque ita voce locuta est:
‚Si placet hoc, meruique, quid o tua fulmina cessant,
summe deum? liceat perituræ viribus ignis
igne perire tuo cladem que auctore levare.
vix equidem fauces haec ipsa in verba resolvo',
presserat ora vapor — ‚tostos en aspice crines
inque oculis tantum, tantum super ora favillae.
hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem
officiique refers, quod adunci vulnera aratri
rastrorumque fero totoque exerceor anno,

221. *Ismarios* sc. *amnes*. — 223. *rerum pot.* ‚gospodstvo svijeta'. 225. *infernum . . . regem*, isp. Fast. 14, 57 i dalje. — 226. *et* = *quoque*. — *campus est*, predikat za slijed. relat. rečenicu. — 229. *curvi:* pliskavice skačući strše svojim iskrivljenim hrptom nad morem. — 231. *profundum* supst. — 238. *subsedit*, uleknula, slegla se; — 239. *quam*: *infra (supra, citra, ultra)*, imade često značenje komparativa, zato stoji *quam*. — 241. *deum* = *deorum*. — *periturae (sc. mihi)*, ‚ako mi je već suđeno poginuti', isp. Pav. 401, 3. poslj. primjer. Gol. 362, 3. — 242. *igne tuo* = *fulmine*. — *auctore* sc. *Iove* jer drži za sramotno, da pogine nerazboritošću kakova mladića. — 244. *premere* (zatisnuti) ‚začepiti'. — 246. *fructus* = *praemia*. — *honorem*, τιμήν, ‚platu'. — 247. *officium* ‚uslužnost'. — 248. *exerceor*, ‚bivam mučena'.

quod pecori frondes alimentaque mitia, fruges,
humano generi, vobis quoque tura ministro?
sed tamen exitium fac me meruisse: quid undae,
quit meruit frater? cur illi tradita sorte
aequora decrescunt et ab aethere longius absunt?
quod si nec fratris nec te mea gratia tangit,
at caeli miserere tui. circumspice utrumque,
fumat uterque polus: quos si vitiaverit ignis,
atria vestra ruent. Atlas en ipse laborat
vixque suis umeris candentem sustinet axem.
si freta, si terrae pereunt, si regia caeli,
in chaos antiquum confundimur. eripe flammis,
si quid adhuc superest, et rerum consule summae'.
Dixerat haec Tellus; neque enim tolerare vaporem
ulterius potuit nec dicere plura suumque
rettulit os in se propioraque manibus antra.
at pater omnipotens superos testatus et ipsum,
qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato
interitura gravi, summam petit arduus arcem,
unde solet latis nubes inducere terris,
unde movet tonitrus vibrataque fulmina iactat.
sed neque, quas posset terris inducere, nubes
tunc habuit nec, quos caelo demitteret, imbres.
intonat, et dextra libratum fulmen ab aure
misit in aurigam, pariterque animaque rotisque
expulit, et saevos compescuit ignibus ignes.
consternatur equi et saltu in contraria facto
colla iugo eripiunt abruptaque lora relinquunt.
illic frena iacent, illic temone revulsus

249. *alimenta mitia*, apozicija za *fruges*. — 251. *fac*, u značenju ,uzmimo, recimo' slaže se s ak. c. inf. Gol. 320, 2, b. 4. — 252. *sorte:* Kad su Jupiter, Neptun i Pluto ždrijebali o gospodstvo svijeta, zapalo je Neptunu (*illi*) gospodstvo nad morem, dok su na zemlju svi bogovi imali jednako pravo. — 253, *longius* sc. *quam ante*, — 254. *gratia* ,prijateljstvo'. — *fratris* i *mea* valja uzeti objektivno = *in fratrem; in me*. — *tangit* = *movet*. — 255. *utrumque* sc. *polum*. — 258. *axem* = *caelum* — 261 *summa rerum* ,svemir'. — 264. *in se* (= *in terram*, personif). — *mānibus*. dat. od *manes* (podzemni svijet). — 264. *ulterius* = *amplius* ,dulje'. — 265. k *superos* dod. *alios*. — 266. *ferat* sc. *Iuppiter*. — 267. *interitura* (sc. *esse*), ak. c. inf. visi o *testatus; petit arduus*, pope se na ... — 274. *expulit*, zeugmatično spojeno i s *animâ* = *privavit*. — *ignibus* (munje), *ignes* (požar); igra riječima.

axis, in hac radii fractarum parte rotarum,
sparsaque sunt late laceri vestigia currus.
at Phaëthon, rutilos flamma populante capillos,
volvitur in praeceps longoque per aëra tractu
fertur, ut interdum de caelo stella sereno,
etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.
quem procul a patria diverso maximus orbe
excipit Eridanus fumantiaque abluit ora;
Naïdes Hesperiae trifida fumantia flamma
corpora dant tumulo, signant quoque carmine saxum:
,Hic situs est Phaëthon, currus auriga paterni:
quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis'.
nam pater obductos, luctu miserabilis aegro,
condiderat vultus; et, si modo credimus, unum
isse diem sine sole ferunt: incendia lumen
praebebant aliquisque malo fuit usus in illo.

6. Kadmo osniva Tebe.

Iamque deus posita fallacis imagine tauri
se confessus erat Dictaeaque rura tenebat:
cum pater ignarus Cadmo perquirere raptam
imperat et poenam, si non invenerit, addit
exsilium, facto pius et sceleratus eodem.
orbe pererrato — quis enim deprendere possit
furta Iovis? — profugus patriamque iramque parentis

280. *rutilos* (valjda od vatre) ,crvenkast' isp. grčko πυῤῥός, ξανθός, χρύσεος. — 283. *potuit*, gnom. aorist. — 284. *diverso* (suprotan) *orbe*, t. j. ,na zapadu'. — 287. *corpora*, plural mj. sing. često u pjesnikâ uz riječi, koje znače pojedine dijelove tijela. — *carmen*, ,(grobni) natpis' u vezanu slogu (anahronizam). — 289. *si* = *etsi*, ,ako i'. — *tenere*, održati se (na čem). — 290. *s nam* nadovezuje se na stih 286. razlog, zašto su Najade same sahranile lešinu. — 292. *isse* = *abisse, praeterlapsum esse*. — 293. *aliquis*, ,neki (barem).' Pav. 301. Pr; Gol. 284.

6. Kad je Jupiter (*deus* v. 1) u podobi bika ugrabio Europu, kćer feničkoga kralja Agenora, i odveo na Kretu (*Dictaea rura*), naloži Agenor svomu sinu Kadmu, da potraži svoju sestru i da se bez nje ne vrati kući. — 1. *posita* = *dep.*, *fallax* spoji u prijevodu radije s *imagine* (hipalaga). — 2. *confessus*, dod. *Europae raptae se esse Jovem*. — 3. *pater*, *Agenor*. — *ignarus*, sc. *filiam a Jove raptam esse*. — 5. *pius et sceleratus* (*Oxymoron*). — 6. *deprendere* = *deprehendere*.

vitat Agenorides Phoebique oracula supplex
consulit et, quae sit tellus habitanda, requirit.
,Bos tibi' Phoebus ait ,solis occurret in arvis,
nullum passa iugum curvique immunis aratri.
hac duce carpe vias et, qua requieverit herba,
moenia fac condas, Boeotiaque illa vocato'.
vix bene Castalio Cadmus descenderat antro,
incustoditam lente videt ire iuvencam
nullum servitii signum cervice gerentem.
subsequitur pressoque legit vestigia gressu
auctoremque viae Phoebum taciturnus adorat.
iam vada Cephisi, Panopesque evaserat arva:
bos stetit et tollens speciosam cornibus altis
ad caelum frontem mugitibus inpulit auras.
atque ita respiciens comites sua terga sequentes
procubuit teneraque latus submisit in herba.
Cadmus agit grates peregrinaeque oscula terrae
figit et ignotos montes agrosque salutat.
sacra Iovi facturus erat: iubet ire ministros
et petere e vivis libandas fontibus undas.
Silva vetus stabat nulla violata securi
et specus in medio virgis ac vimine densus
efficiens humilem lapidum compagibus arcum
uberibus fecundus aquis, ubi conditus antro
Martius anguis erat, cristis praesignis et auro:
igne micant oculi, corpus tumet omne veneno,
tresque vibrant linguae, triplici stant ordine dentes.
quem postquam Tyria lucum de gente profecti

8. *oracula,* naime u Delfima. — 10. *solus,* ,osamljen, pust'. — 11. isp. Hom.; βοῦς ἀδμής, ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ. — 13. *fac condas,* Pav. 369, 2, Pr. 3, Gol. 317. B. 3. — *Boeotia sc. urbs*, adjekt. — 14 *vix bene,* ,jedva pravo'. — *antrum Cast,* ,kastalska spilja na Parnasu, otkle izvire Muzama posvećeno vrelo Kastalija. — 17. *presso gressu,* ,polaganim korakom, korak po korak'. — *legere vest.,* (upravo: brojiti korake) ,slijediti'. — 19. *Panope,* grad u Fokidi. — 21. *inpulit,* ,uzdrma, potrese'. — 24. *agit grates = gratias agit; oscula terrae figit,* isp. Hom. Odyss. 13. 354: κύσε δὲ (sc. Odisej) ζείδωρον ἄρουραν. — 27. *libare,* ovdje: ,crpsti, grabiti (vodu)'. — 29. *densus,* ,gusto obrasla'. — 32. *Martius,* zmaj bijaše, kako priča veli, sin Martov. *cristis et auro = cristis aureis* (ἓν διὰ δυοῖν). — 35. konstr. *Quem lucum postquam de T. gente profecti* (tirski iseljenici, pratioci Kadmovi) *tetigere infausto* etc.

infausto tetigere gradu demissaque in undas
urna dedit sonitum, longo caput extulit antro
caeruleus serpens horrendaque sibila misit.
effluxere urnae manibus sanguisque relinquit
corpus et attonitos subitus tremor occupat artus.
ille volubilibus squamosos nexibus orbes
torquet et immensos saltu sinuatur in arcus,
ac media plus parte leves erectus in auras
despicit omne nemus tantoque est corpore, quanto,
si totum spectes, geminas qui separat Arctos.
nec mora, Phoenicas, sive illi tela parabant,
sive fugam, sive ipse timor prohibebat utrumque,
occupat: hos morsu, longis amplexibus illos,
hos necat afflati funesta tabe veneni.
Fecerat exiguas iam sol altissimus umbras;
quae mora sit sociis, miratur Agenore natus
vestigatque viros. tegumen derepta leoni
pellis erat, telum splendenti lancea ferro
et iaculum, teloque animus praestantior omni.
ut nemus intravit letataque corpora vidit
victoremque supra spatiosi corporis hostem
tristia sanguinea lambentem vulnera lingua,
,Aut ultor vestrae, fidissima corpora, mortis,
aut comes' inquit ,ero'. dixit dextraque molarem
sustulit et magnum magno conamine misit.
illius impulsu cum turribus ardua celsis
moenia mota forent: serpens sine vulnere mansit
loricaeque modo squamis defensus et atrae
duritia pellis validos cute reppulit ictus.
at non duritia iaculum quoque vicit eadem,
quod medio lentae spinae curvamine fixum

38. *Caeruleus,* κυάνεος ,sinj'. — 39. *effluxere,* ispadoše. — 41. *ille* sc. *serpens.* — 42. *sinuatur,* ,savija se'. — 43. *media* etc. = *plus quam media parte.* — 44. *quanto* etc. = *quanto (corpore) est anguis* (zvijezde među velikim i malim medvjedom), *qui separat gem. Arctos, si totum spectes.* — 46. *nec mora (est),* ,smjesta'. — 54. *animus* ,srce, srčanost'. — 56. *supra* (adv.) sc. *corpora.* — 59. *comes* sc. *mortis vestrae.* — *molarem = lapidem ingentem.* — 60. *magnum magno* etc. Onomatopoija; isp. naše: ,Ljuto pisnu kano guja ljuta', A kad ala alu pojahala. — 63. *loricae* visi o *modo* (poput). — 66. *lentus,* ,gibak'.

*

constitit, et totum descendit in ilia ferrum.
ille, dolore ferox, caput in sua terga retorsit
vulneraque aspexit fixumque hastile momordit,
idque ubi vi multa partem labefecit in omnem,
vix tergo eripuit; ferrum tamen ossibus haesit.
tum vero postquam solitas accessit ad iras
causa recens, plenis tumuerunt guttura venis
spumaque pestiferos circumfluit albida rictus
terraque rasa sonat squamis, quique halitus exit
ore niger Stygio vitiatas inficit auras.
ipse modo immensum spiris facientibus orbem
cingitur, interdum longa trabe rectior exstat,
impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis,
fertur et obstantes proturbat pectore silvas.
cedit Agenorides paulum spolioque leonis
sustinet incursus, instantiaque ora retardat
cuspide praetenta. furit ille et inania duro
vulnera dat ferro figitque in acumine dentes.
iamque venenifero sanguis manare palato
coeperat et virides aspergine tinxerat herbas:
sed leve vulnus erat, quia se retrahebat ab ictu
laesaque colla dabat retro plagamque sedere
cedendo arcebat nec longius ire sinebat,
donec Agenorides coniectum in gutture ferrum
usque sequens pressit, dum retro quercus eunti
obstitit, et fixa est pariter cum robore cervix.
pondere serpentis curvata est arbor et ima
parte flagellari gemuit sua robora caudae.
dum spatium victor victi considerat hostis,
vox subito audita est; neque erat cognoscere promptum,
unde; sed audita est, ,Quid, Agenore nate, peremptum

76. *Stygius*, ,paklen'. — *vitiatas*, ,otrovan' (prolepsa) — 78. *cingitur* = *se cingit*, ,uvija se'. — *trabe* = *arbore*. — *exstat*, ,diže glavu, propinje se'. — 79. *impete*, starinski abl. = *impetu*. — 80. *proturbat*, ruši; *silvas* = *arbores*. — 83. *ille* sc. *serpens*. — 85. *palato*, abl. kao i u stihu 14. — 87. *ab ictu*, ,pred udarcem'. — 88. *dabat retro*, sinonimno sa *,retrahebat'*. — 89. *longius ire* (subj. *plagam*) = *altius penetrare*. — 91. *usque sequens*, ,udilj, sve jednako'. — *retro eunti* sc. *serpenti*. — 92. *robur* (i 94.) *robora*, ,deblo (stablo) od hrasta'. — 94. konstr. *gemuit (arbor), sua robora flagellari ima parte caudae*.

serpentem spectas? et tu spectabere serpens'.
Ille diu pavidus pariter cum mente colorem
perdiderat gelidoque comae terrore rigebant.
ecce, viri fautrix, superas delapsa per auras
Pallas adest motaeque iubet supponere terrae
vipereos dentes, populi incrementa futuri.
paret et, ut presso sulcum patefecit aratro,
spargit humi iussos, mortalia semina, dentes.
inde — fide maius — glaebae coepere moveri
primaque de sulcis acies apparuit hastae,
tegmina mox capitum picto nutantia cono,
mox umeri pectusque onerataque bracchia telis
exsistunt crescitque seges clipeata virorum.
sic, ubi tolluntur festis aulaea theatris,
surgere signa solent primumque ostendere vultus
cetera paulatim placidoque educta tenore
tota patent imoque pedes in margine ponunt.
Territus hoste novo Cadmus capere arma parabat:
,Ne cape' de populo, quem terra creaverat, unus
exclamat ,nec te civilibus insere bellis'.
atque ita terrigenis rigido de fratribus unum
comminus ense ferit: iaculo cadit eminus ipse.
hunc quoque qui leto dederat, non longius illo
vivit et exspirat, modo quas acceperat, auras:
exemploque pari furit omnis turba suoque
Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres.
iamque brevis vitae spatium sortita iuventus
sanguineo tepidam plangebat pectore matrem,
quinque superstitibus: quorum fuit unus Echion.
is sua iecit humo monitu Tritonidis arma

98. *et tu* etc. Kadmo bi kasnije i sam u zmiju pretvoren; *serpens*, ,kao zmija' [pazi na igru riječima]. — 99. *mens*, ,svijest'. — 102. *motae* = *aratae, suffossae*. — 103. *incrementum*, ,zametak, klica'. — 104. *presso* sc. *in terram*. — 105. *mortalia semina* = *sem. mortalium* (sc. *hominum*). — 106. *fide* abl. comp. — 108. *conus*, upravo ,čunjasti vršak od kacide', u koji bijaše zataknuta šarena *(picta)* perjanica. — 111. i dalje. Zastor *(aulea)* bijaše u rimskim kazalištima dolje pričvršćen, pa kad bi se poslije svršene predstave uvis dizao *(tolluntur)*, vidjele bi se najprije glave naslikanih na njemu lica ili životinja; *(in) festis theatris*, jer se predstavljalo samo u svečane dane. — 113. *educta* sc. *signa*. — 114. *margine* sc. *aulaeorum*. — 117. *civilia bella*, ovdje: ,bratski boj', ,boj s braćom'. — 121. *auras* = *animam*. — 123. *suo Marte* = *sua ipsorum pugna*. — *subiti* = *subito nati*. — 125. *matrem* = *terram*. — 127. *humo* = *humi*.

fraternaeque fidem pacis petiitque deditque.
hos operis comites habuit Sidonius hospes,
cum posuit iussam Phoebeïs sortibus urbem.

7. Kadmo pretvoren u zmiju.

Cadmus Agenorides luctu serieque malorum
victus et ostentis, quae plurima viderat, exit
conditor urbe sua, tamquam fortuna locorum,
non sua se premeret; longisque erratibus actus
contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
iamque malis annisque graves, dum prima retractant
fata domus, releguntque suos sermone labores,
‚Num sacer ille mea traiectus cuspide serpens‘
Cadmus ait ‚fuerat, tum, cum Sidone profectus
vipereos sparsi per humum, nova semina, dentes?
quem si cura deum tam certa vindicat ira,
ipse precor serpens in longam porrigar alvum‘.
dixit, et ut serpens in longam tenditur alvum
durataeque cuti squamas increscere sentit
nigraque caeruleis variari corpora guttis;
in pectusque cadit pronus commissaque in unum
paulatim tereti tenuantur acumine crura.
bracchia iam restant: quae restant bracchia tendit,
et lacrimis per adhuc humana fluentibus ora
‚Accede, o coniunx, accede, miserrima‘ dixit,
‚dumque aliquid superest de me, me tange manumque
accipe, dum manus est, dum non totum occupat anguis‘.
Ille quidem vult plura loqui, sed lingua repente
in partes est fissa duas, nec verba volenti
sufficiunt, quotiensque aliquos parat edere questus,
sibilat; hanc illi vocem natura reliquit.

---

128. *fidem*, ‚obećanje, zavjeru‘. — 130. *urbem i. e. Thebas.*

7. 1. *luctu* etc. Ovamo ide užasna smrt njegovih unuka Akteona i Penteja. — 3. *fortuna locorum*, nesreća mjesta (okoline), jer drži, da je okolina za nj nesrećna. — 5. *coniuge i. e. Harmonia.* — 6. *gravis.* ‚poguren, porušen‘. — 7. *sermone* proteže se na *retractant* i *relegunt.* — 8. *sacer* treba naglasiti, jer je predikat za *fuerat* (v. 10.). — 11. i 12. Kadmo bojeći se, da je kao ubilac zmaja (isp. Met. 6. 28 i dalje.) na se navukao osvetljivu, neizbježivu srdžbu bogova, za pokoru poželi sam, da bude pretvoren u zmiju. — *deum*, genit. plur. — 15. *variari*, ‚šarati se, pjegaviti se‘. — 16. *commissa in unum*, ‚spojene (zbijene) u jedno‘. — 17. *acumen* ‚kraj od repa‘. — 24. *volenti* sc. *loqui* — 25. *sufficere*, dotjecati, dostajati.

nuda manu feriens exclamat pectora coniunx
‚Cadme, mane, teque, infelix, his exue monstris!
Cadme, quid hoc? ubi pes? ubi sunt umerique manusque
et color et facies et, dum loquor, omnia? cur non
me quoque, caelestes, in eandem vertitis anguem?‘
Dixerat: ille suae lambebat coniugis ora
et dabat amplexus assuetaque colla petebat.
quisquis adest — aderant comites — terretur; at illa
lubrica permulcet cristati colla draconis;
et subito duo sunt iunctoque volumine serpunt,
donec in appositi nemoris subiere latebras,
nunc quoque nec fugiunt hominem nec vulnere laedunt,
quidque prius fuerint, placidi meminere dracones.

8. Perzej i Atlant.

Viperei referens spolium memorabile monstri
aëra carpebat Perseus stridentibus alis;
cumque super Libycas victor penderet arenas,
Gorgonei capitis guttae cecidere cruentae,
quas humus exceptas varios animavit in angues;
unde frequens illa est infestaque terra colubris.
inde per immensum ventis discordibus actus
nunc huc, nunc illuc, exemplo nubis aquosae,
fertur et ex alto seductas aethere longe
despectat terras, totumque supervolát orbem.
ter gelidas Arctos, ter Cancri bracchia vidit;
saepe sub occasus, saepe est ablatus in ortus;
iamque cadente die veritus se credere nocti

---

27. *nuda* sp. s *pectora.* — 28. *his monstris*, o jednoj zmiji. — 31. *in eandem*, ‚u takovu istu‘ = ‚tako isto‘. — 36. *iuncto volumine*, ‚u zajedničkom veruganju‘, t. j. jedno uz drugo.

8. Perzeju, sinu Jupiterovu i Danajinu, naloženo bi od Polidekta, kralja na otoku Serifu, da mu donese glavu Meduze (Gorgo). Vraćajući se Perzej kući upotrijebi krilate cipele (*alae = talaria*), što mu ih uzajmiše nimfe, koje mu pomogoše do pobjede. — 1. *viper. monstri spol.*, t. j. glavu Meduze zmijevite kose. — 2. *aëra carpebat*, isp. *viam carpere.* — 3. *Libycas:* Gorgone nastavahu u Libiji. — 6. *frequens*, ‚bogat, obilat (čim)‘. — 9. Spoji: *ex alto aethere despectat terras longe* (a se) *seductas (= remotas).*

constitit Hesperio, regnis Atlantis, in orbe
exiguamque petit requiem, dum Lucifer ignes
evocet Aurorae, currus Aurora diurnos.
hic hominum cunctos ingenti corpore praestans
Iapetionides Atlas fuit, ultima tellus
rege sub hoc et pontus erat, qui Solis anhelis
aequora subdit equis et fessos excipit axes.
mille greges illi totidemque armenta per herbas
errabant et humum vicinia nulla premebant.
arboreae frondes auro radiante nitentes
ex auro ramos, ex auro poma tegebant.
‚Hospes', ait Perseus illi, ‚seu gloria tangit
te generis magni, generis mihi Iuppiter auctor;
sive es mirator rerum, mirabere nostras:
hospitium requiemque peto'. memor ille vetustae
sortis erat; Themis hanc dederat Parnasia sortem:
‚Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur auro
arbor et hunc praedae titulum Iove natus habebit'.
id metuens solidis pomaria clauserat Atlas
moenibus et vasto dederat servanda draconi
arcebatque suis externos finibus omnes.
huic quoque ‚Vade procul, ne longe gloria rerum,
quam mentiris' ait, ‚longe tibi Iuppiter absit!'
vimque minis addit manibusque expellere tentat
cunctantem et placidis miscentem fortia dictis.
viribus inferior — quis enim par esset Atlantis
viribus? — ‚At quoniam parvi tibi gratia nostra est,
accipe munus!' ait, laevaque a parte Medusae

---

16. *diurnos i. e. solis.* — 17. *hominum* pjesn. mj. *homines.* — 18. *ultima,* na zapadu. — 19. *qui* sc. *pontus.* — 21. *armenta,* ‚goveda'; a što se razumijeva pod ‚*greges*'? — 22. *vicinia nulla* = *vicini nulli,* zato i plural: *premebant,* ‚ograničavahu, stezahu'. — 24. *ex auro ramos* = *aureos ramos; poma,* misle se jabuke Hesperovica; isp. proročanstvo v. 30. i 31., koje tek neki drugi sin Zevsov (Heraklo) ispuni. — 26. *generis auctor,* otac. — 27. *rerum,* sc. gestarum. — 29. Prije Apolona bijaše vlasnica delfijskoga proročišta na podnožju Parnasa Temida, rodica Atlantova. — 31. *titulum* = *gloriam* (naime poradi otetih zlatnih jabuka). — 36. *longe... absit,* ‚ništa ti ne pomože, ako bih te naime ja silom tjerao; isp. Hom. Ilijada I. 28: μή νύ τοι οὐ χραίσμη σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο. — *fortia* ‚žestoke' (prijeteće).

ipse retroversus squalentia protulit ora.
quantus erat, mons factus Atlas: nam barba comaeque
in silvas abeunt, iuga sunt umerique manusque;
quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen;
ossa lapis fiunt. tum partes auctus in omnes
crevit in immensum — sic di statuistis — et omne
cum tot sideribus caelum requivit in illo.

9. Nioba.

Lydia tota fremit Phrigiaeque per oppida facti
rumor it et magnum sermonibus occupat orbem.
ante suos Niobe thalamos cognoverat illam,
tum cum Maeoniam virgo Sipylumque colebat:
nec tamen admonita est poena popularis Arachnes
cedere caelitibus verbisque minoribus uti.
multa dabant animos; sed enim nec coniugis artes,
nec genus amborum magnique potentia regni
sic placuere illi, quamvis ea cuncta placerent,
ut sua progenies; et felicissima matrum
dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset.
Nam sata Tiresia, venturi praescia, Manto
per medias fuerat divino concita motu
vaticinata vias: ‚Ismenides, ite frequentes,
et date Latonae Latonigenisque duobus

---

42. *squalentia,* ‚stršeće', o zmijinoj kosi, koja se kostriješi.

9. Nioba, kći Tantalova, bijaše supruga Amfīona, kralja u beotskim Tebama. — 1. *fremit,* ‚odjekuje'. — *facti* (gen. obj.): t. j. o preobraženju Arahne u pauka, jer se usudila natjecati se s Minervom u umjetnosti tkanja. — *magnum orbem* sc. *illarum terrarum.* — 3. *thalamos* = *coniugium.* — *illam,* sc. *Arachnen.* — 5. *popularis,* ‚zemljakinja'. — 6. *verbis minoribus uti,* ‚čednije, smjernije govoriti', oppos. *magna loqui.* — — 7. *animi,* oholost, obijest. — *sed enim* (ἀλλὰ γάρ): rečenica, što se s oba ova veznika počinje, može se tumačiti kauzalno i adverzativno. — *coniunx i. e. Amphion,* sin Jupiterov, na čije kitaranje i pjevanje skladalo bi se kamenje samo od sebe u bedeme tebanske (isp. v. 33: *fidibus commissa moenia*). — *illi* = Niobae. — 10. *progenies,* djeca. — 11. *visa fuisset,* sc. *felicissima matrum.* — 12. *sata* = *genita.* — 14. *per medias vias* sc. *Thebarum.* — *Ismenides* (= *Thebaïdes* v. 18.), Tebanke kao kćeri tebanskog potoka Izmena.

cum prece tura pia lauroque innectite crinem:
ore meo Latona iubet‘. paretur, et omnes
Thebaïdes iussis sua tempora frondibus ornant
turaque dant sanctis et verba precantia flammis.
Ecce venit comitum Niobe celeberrima turba
vestibus intexto Phrygiis spectabilis auro
et, quantum ira sinit, formosa, movensque decoro
cum capite immissos umerum per utrumque capillos
constitit; utque oculos circumtulit alta superbos,
‚Quis furor, auditos‘ inquit ‚praeponere visis
caelestes? aut cur colitur Latona per aras,
numen adhuc sine ture meum est? mihi Tantalus auctor,
cui licuit soli superorum tangere mensas;
Pleïadum soror est genetrix mea; maximus Atlas
est avus, aetherium qui fert cervicibus axem!
Iuppiter alter avus, socero quoque glorior illo.
me gentes metuunt Phrygiae, me regia Cadmi
sub domina est, fidibusque mei commissa mariti
moenia cum populis a meque viroque reguntur.
in quamcumque domus adverti lumina partem,
immensae spectantur opes. accedit eodem
digna dea facies. huc natas adice septem
et totidem iuvenes et mox generosque nurusque.
Quaerite nunc, habeat quam nostra superbia causam,
nescio quoque audete satam Titanida Coeo
Latonam praeferre mihi, cui maxima quondam
exiguam sedem pariturae terra negavit!

16. *lauro,* jer je ova bila posvećena Apolonu. — 17. *ore meo,* δι' ἐμοῦ (po meni). — 19. sp. *sanctis flammnis.* — *celeberrima (i. e. stipata) turbâ comitum,* ‚okružena mnògobrojnom pratnjom robinjica‘. — 21. spoji: *spectabilis auro Phryg. vest. intexto.* 22—23. Spoji *Movens cum decoro cap. (= decorum caput et) capillos per utr. umerum immissos constitit.* — 24. *alta,* ‚glavu visoko noseći‘. — 25. *auditos,* ‚(samo) po čuvenju znane‘. — *visis* sc. *diis;* koga ona razumijeva pod ovima, pokazuje odmah, što slijedi. — 26. *per aras,* ‚okolo redom (po zemlji) na žrtvenicima‘. — 27. *auctor,* kao i Met. 8, 26. *generis auctor.* — 29. *Pleiadum soror i. e. Dione,* kći Atlantova. — 31 *alter avus;* jer je Jupiter bio otac Amfionu i Tantalu. — *illo* sc. *Iove,* kao oca Amfionova. — 32. *metuunt = venerantur.* — 33. sp. *sub m domina.* — 37. *septem,* isp. Il. XXIV, 604. — 40. konst. *et audete praeferre mihi Tit. Latonam, satam nescio quo* (Pav. 331, Pr. 2. Gol, 342, 1. b. 3.) *Coeo.*

nec caelo, nec humo, nec aquis dea vestra recepta est.
exsul erat mundi, donec miserata vagantem
‚Hospita tu terris erras, ego‘ dixit ‚in undis‘,
instabilemque locum Delos dedit. illa duorum
facta parens; prolis pars haec est septima nostri.
sum felix; quis enim neget hoc? felixque manebo.
hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit.
maior sum, quam cui possit Fortuna nocere;
multaque ut eripiat multo mihi plura relinquet.
excessere metum mea iam bona; fingite demi
huic aliquid populo natorum posse meorum,
non tamen ad numerum redigar spoliata duorum,
Latonae turbam: qua quantum distat ab orba?
ite, satis, propere ite, sacri est, laurumque capillis
ponite‘. deponunt infectaque sacra relinquunt,
quodque licet, tacito venerantur murmure numen.
Indignata dea est; summoque in vertice Cynthi
talibus est dictis gemina cum prole locuta:
‚En ego vestra parens, vobis animosa creatis
et, nisi Iunoni, nulli cessura dearum,
an dea sim, dubitor; perque omnia saecula cultis
arceor, o nati, nisi vos succurritis, aris.
nec dolor hic solus: diro convicia facto
Tantalis adiecit vosque est postponere natis
ausa suis et me, quod in ipsam recidat, orbam
dixit et exhibuit linguam scelerata paternam‘.
Adiectura preces erat his Latona relatis:
‚Desine‘ Phoebus ait; ‚poenae mora longa querela est‘.

43. *vestra,* ironično. — 44. *miserata vagantem dixit,* subj. *Delos* (v. 46). — 45. *ego (erro) in undis:* Za otok Del vele da je prije, nego se na njemu rodio Apolon, nestalno plivao na moru. — 47. *prolis pars haec est s. nostri,* ‚od poroda moga to je tek sedma čest‘. — 49. *copia* sc. *natorum.* — 51. *ut* concess. — 52. *excedere,* nadvisiti; *bona,* ovdje, sreća. — 54. *spoliata = quamvis spol.* — 55. *turbam,* podrugljivo o njih samo dvoje, da se što bahatije istakne *populo nat. meorum.* — *quâ* sc. *turba.* — *orba* sc. *muliere.* 57. *ponite = dep.* — 61. *animosa,* ponosita. — 63. *an* mj. *num* — *cultis* sp. s *aris.* — 66. *Tantalis,* Tantalovica (= Nioba). — 67. *recidat* (conj. opt.) mj. *redcidat* ili reccidat — 68. *exhibuit* ‚*imitata est*‘. — *paternam linguam,* Tantal otkri ljudima tajne bogova, što ih je čuo kod njihova stola, — 70. Spoji; *longa querela mora est poenae.*

dixit idem Phoebe; celerique per aëra lapsu
contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.
Planus erat lateque patens prope moenia campus
assiduis pulsatus equis, ubi turba rotarum
duraque mollierat subiectas ungula glebas.
pars ibi de septem genitis Amphione fortes
conscendunt in equos Tyrioque rubentia suco
terga premunt auroque graves moderantur habenas.
e quibus Ismenos, dum certum flectit in orbem
quadrupedis cursus spumantiaque ora coercet,
‚Ei mihi!' conclamat, medioque in pectore fixa
tela gerit frenisque manu moriente remissis
in latus a dextro paulatim defluit armo.
proximus audito sonitu per inane pharetrae
frena dabat Sipylus, veluti cum praescius imbris
nube fugit visa pendentiaque undique rector
carbasa deducit, ne qua levis effluat aura.
frena dabat: dantem non evitabile telum
consequitur; summaque tremens cervice sagitta
haesit et exstabat crudum de gutture ferrum.
ille, ut erat pronus, per colla admissa iubasque
volvitur et calido tellurem sanguine foedat.
Phaedimus infelix et aviti nominis heres
Tantalus, ut solito finem imposuere labori,
transierant ad opus nitidae iuvenale palaestrae;
et iam contulerant arto luctantia nexu
pectora pectoribus: cum tento concita nervo,
sicut erant iuncti, traiecit utrumque sagitta.
ingemuere simul, simul incurvata dolore

72. *contigerant* plusqpf. označuje silnu brzinu, kojom se spustiše. — *tecti* sp. sa *nubibus*. — 74. *assiduis*, prev. adverbijalno. — 76. *mollierat*, ‚(u prah) smrvila'. — 76. *fortes* spoji s *equos*. — 77. *Tyrio . . . premunt* ‚sjede na grimiznom pokrovcu'. — 80. *Quadrupedis cursus*, ponešto odveć smjelo za ‚*equum currentem*'. — 84. *per inane* = *per aërem*, — 85. *frena dare* (*immittere*), ‚pustiti uzde (iz ruku). — *praescius imb.* sp. *sa rector* (sc. *navis*). — 86. *undique* sp. s *deducit*. — 87. *qua* sc. *parte*. — *effluat*, ‚izmakne, izgubi se'. — 91. *per colla* (sc. *equi*) *admissa* = *cursu protensa*. — 93. *aviti nominis* = *nominis avi* — 95. *nitidae*, naime: ‚*ob oleum membris infusum*', jer se rvači mazahu uljem, da ga protivnik stim teže ščepati može.

membra solo posuere, simul suprema iacentes
lumina versarunt, animam simul exhalarunt.
aspicit Alphenor laniataque pectora plangens
advolat, ut gelidos complexibus allevet artus;
inque pio cadit officio, nam Delius illi
intima fatifero rupit praecordia ferro.
quod simul eductum est, pars est pulmonis in hamis
eruta, cumque anima cruor est effusus in auras.
at non intonsum simplex Damasichthona vulnus
afficit. ictus erat, qua crus esse incipit et qua
mollia nervosus facit internodia poples.
dumque manu tentat trahere exitiabile telum,
altera per ingulum pennis tenus acta sagitta est.
expulit hanc sanguis, seque eiaculatus in altum
emicat et longe terebrata prosilit aura.
ultimus Ilioneus non profectura precando
bracchia sustulerat, ‚Di' que, ‚o communiter omnes',
dixerat, ignarus non omnes esse rogandos,
‚parcite!' motus erat, cum iam revocabile telum
non fuit, Arcitenens; minimo tamen occidit ille
vulnere, non alte percusso corde sagitta.
Fama mali populique dolor lacrimaeque suorum
tam subitae matrem certam fecere ruinae,
mirantem potuisse irascentemque, quod ausi
hoc essent superi, quod tantum iuris haberent.
nam pater Amphion ferro per pectus adacto
finierat moriens pariter cum luce dolorem.
heu quantum haec Niobe Niobe distabat ab illa,
quae modo Latoïs populum summoverat aris,

100. *suprema*, ‚posljednji put'. — 102. *laniata*, proleptično = *ita ut lanientur*. — 106. *simul* = *simulac*. — 108. *intonsum*: Grčki mladići rezali bi kosu istom pošto su prekoračili dječačku dob, dok bi dječaci nosili dugu kosu. — 109. *esse*, ne provodi se. — 112. *pennis tenus*, jer ὀϊστοί (strjelice) bijahu πτερόεντες. — 114. *terebrata* = *divisa*. — 115. *profectura* od *proficio*. — 118. *revocabile . . . non fuit*, jer ‚*facta ne di quidem reddere queunt infecta*'. — 122. *ruinae* (propast njezinih sinova) sp. s *certam* (= *certiorem*). — 123. *potuisse*, kao subj. valja dodati iz stiha 124. ‚*superos*' a ‚*hoc*' kao objekt. — 125. *nam*, ja pričam samo o Niobi, jer Amf. itd. — 126. *luce* = *vita*.

et mediam tulerat gressus resupina per urbem,
invidiosa suis, at nunc miseranda vel hosti.
corporibus gelidis incumbit et ordine nullo
oscula dispensat natos suprema per omnes.
a quibus ad caelum liventia bracchia tollens,
,Pascere, crudelis, nostro, Latona, dolore,
pascere' ait, ,satiaque meo tua pectora luctu:
efferor! exsulta victrixque inimica triumpha!
cur autem victrix? miserae mihi plura supersunt,
quam tibi felici: post tot quoque funera vinco'.
dixerat, et sonuit contento nervus ab arcu,
qui praeter Nioben unam conterruit omnes.
illa malo est audax. stabant cum vestibus atris
ante toros fratrum demisso crine sorores.
e quibus una trahens haerentia viscere tela
imposito fratri moribunda relanguit ore.
altera solari miseram conata parentem
conticuit subito duplicataque vulnere caeco est.
haec frustra fugiens collabitur, illa sorori
immoritur; latet haec, illam trepidare videres.
sexque datis leto diversaque vulnera passis
ultima restabat: quam toto corpore mater
tota veste tegens ,Unam minimamque relinque!
de multis minimam posco' clamavit ,et unam'.
Dumque rogat, pro qua rogat, occidit. orba resedit
exanimes inter natos natasque virumque
deriguitque malis: nullos movet aura capillos,
in vultu color est sine sanguine, lumina maestis
stant immota genis: nihil est in imagine vivum.
,Non hac, o iuvenis, montanum numen in ara est.

129. *resupina* isto što *alta* u v. 24. — 130. *invidiosa*, ,zaviđena, vrijedna da joj zavide'. — *suis* sc. *civibus, amicis*. — *vel*, prev. s naglašeno ,i'. — 133. *liventia*, od silnih udaraca. — 134. *pascere*, imperat. — 136. *efferor*, izraz o pokopu mrtvacâ. — 138. *vinco* valja naglasiti, ,ja sam pobjednica', isp. Mus. grč. sl. 452, 2. — 139. *ab arcu* sc. *Dianae*. — 142. *demisso crine* kao znak žalosti. — 143. *viscere* sc. *fratris*. — 144. *imposito ore fratri*, da ga poljubi. — 146. *duplicata* = *recurvata est*, ,sruši se'. — *caecus* (pasivno) = *occultus*, ,neviđen'. — 148. *trepidare*, ,plaho amo tamo trčati'. — 155. *malis*, abl. uzroka. — 158. *duro*, ,otvrdnuta', jer okamenjena. — 163. *in patriam* sc. *Lydiam; (in) cacumine m*. Jedna stijena gore sipilske bijaše izdaleka nalik na plačnu ženu. (Isp. Šenoa: Kameni svatovi.) — 164. *liquitur*, ,suzi' (lije suze).

ipsa quoque interius cum duro lingua palato
congelat, et venae desistunt posse moveri;
nec flecti cervix nec bracchia reddere motus
nec pes ire potest: intra quoque viscera saxum est.
flet tamen et validi circumdata turbine venti
in patriam rapta est. ibi fixa cacumine montis
liquitur, et lacrimas etiam nunc marmora manant.

10. Likijski seljaci pretvoreni u žabe.

Tum vero cuncti manifestam numinis iram
femina virque timent, cultuque impensius omnes
magna gemelliparae venerantur numina divae;
utque fit, a facto propiore priora renarrant.
e quibus unus ait: ,Lyciae quoque fertilis agris
non impune deam veteres sprevere coloni.
res obscura quidem est ignobilitate virorum,
mira tamen. vidi praesens stagnumque locumque
prodigio notum; nam me iam grandior aevo
impatiensque viae genitor deducere lectos
iusserat inde boves, gentisque illius eunti
ipse ducem dederat; cum quo dum pascua lustro,
ecce lacu medio sacrorum nigra favilla
ara vetus stabat tremulis circumdata cannis.
restitit, et pavido ,Faveas mihi' murmure dixit
dux meus; et simili ,Faveas' ego murmure dixi.
Naïadum Faunine foret tamen ara, rogabam,
indigenaeve dei, cum talia rettullit hospes:

10. 1 *Tum vero*, naime poslije, kako je kažnjena Nioba. — 3. *magna numina* = ,uzvišeno biće'. — *gemell. divae*, t. j. Latone. — 4. *a facto prop.*, počinjući od događaja, koji je vremenom bliži. — 7. *obscura*, ,slabo poznata'. — *ignob. virorum*, jer su bili sami seljaci, koji bijahu pretvoreni u žabe. — 8. *praesens*, ,na svoje oči'. — 10. *viae i. e. molestiarum viae*. — *lectos* = *electos*. — 11. *inde* sc. *ex Lycia*. — *eunti* sc. *mihi*. — 12. sp. *ducem illius gentis* (,provodiča iz onoga naroda'), — 13. Spoji *ara vetus, nigră sacrorum favillâ*. — 17. Spoji: *rogabam tamen, ara foret Naiadum* etc. — 18. *indigenae*, kao opreka Najadama i Faunu, koji bijahu općeno štovani.

illa suam vocat hanc, cui quondam regia coniunx
orbem interdixit, quam vix erratica Delos
errantem accepit, tum cum levis insula nabat.
illic incumbens cum Palladis arbore palmae
edidit invita geminos Latona noverca.
hinc quoque Iunonem fugisse puerpera fertur
inque suo portasse sinu duo numina, natos.
iamque Chimaeriferae, cum sol gravis ureret arva,
finibus in Lyciae, longo dea fessa labore,
sidereo siccata sitim collegit ab aestu:
uberaque ebiberant avidi lactantia nati.
  Forte lacum mediocris aquae prospexit in imis
vallibus: agrestes illic fruticosa legebant
vimina cum iuncis gratamque paludibus ulvam.
accessit positoque genu Titania terram
pressit, ut hauriret gelidos potura liquores.
rustica turba vetat. dea sic affata vetantes:
  ,Quid prohibetis aquis? usus communis aquarum est;
nec solem proprium natura nec aëra fecit
nec tenues undas: ad publica munera veni.
quae tamen ut detis, supplex peto; non ego nostros
abluere hic artus lassataque membra parabam,
sed relevare sitim; caret os umore loquentis
et fauces arent, vixque est via vocis in illis.
haustus uquae mihi nectar erit vitamque fatebor
accepisse simul: vitam dederitis in unda.
hi quoque vos moveant, qui nostro bracchia tendunt
parva sinu': et casu tendebant bracchia nati.
  Quem non blanda deae potuissent verba movere?
hi tamen orantem perstant prohibere minasque,

---

20. *illa* sc. *Latona.* — *hanc* sc. *aram.* — *regia coniunx* = *Juno* — 23. *(incubens) cum Pall. arb. palmae* = *et palmae et Palladis arbori* (maslina). — 24. *edidit* = *peperit.* — *invitâ novercâ* sc. *Junone.* — 27. Sp. *Lyciae Chimaeriferae.* — *gravis,* ,nesnosan'. — 29. *sidereo ab aestu* = *ab aestu solis.* — *sitim colligere,* ožednjeti. — 34. *Titania* isp. Met. 9. 40. — 38. *proprium,* ,kao osobinu'. — 39. *munera* sc. *naturae.* — 40. *nostros* = *meos.* — 45. *dederītis* isp. Pav Metr. 14, 1. — *in unda* = *una cum unda.* — 46. *nostro sinu* = *e nostro s.*

ni procul abscedat, conviciaque iusuper addunt
nec satis est: ipsos etiam pedibusque manuque
turbavere lacus imoque e gurgite mollem
huc illuc limum saltu movere maligno.
distulit ira sitim; neque enim iam filia Coei
supplicat indignis, nec dicere sustinet ultra
verba minora dea; tollensque ad sidera palmas
,aeternum stagno' dixit ,vivatis in isto'.
  Eveniunt optata deae; iuvat esse sub undis,
et modo tota cava submergere membra palude,
nunc proferre caput, summo modo gurgite nare,
saepe super ripam stagni consistere, saepe
in gelidos resilire lacus. sed nunc quoque turpes
litibus exercent linguas pulsoque pudore,
quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant.
vox quoque iam rauca est infataque colla tumescunt
ipsaque dilatant patulos convicia rictus.
terga caput tangunt, colla intercepta videntur,
spina viret, venter, pars maxima corporis, albet;
limosoque novae saliunt in gurgite ranae'.

11. Jazon i Medeja.

  Plurima perpessi Minyae duce Iasone tandem
contigerant rapidas limosi Phasidos undas,
dumque adeunt regem Phrixeaque vellera poscunt,
voxque datur numeris magnorum horrenda laborum:
concipit interea validos Aeetias ignes;
et luctata diu, postquam ratione furorem
vincere non poterat, ,Frustra, Medea, repugnas;
nescio quis deus obstat' ait ,mirumque, nisi hoc est,

---

56. *minora* = *indigna* — *deâ, abl. compar.* — 57. *aeternum,* ,do vijeka', Pav. 213, 1. Gol. 189. 4. — 59. *modo* — *nunc* = *modo* — *modo.* — Ovaj stih lijepo oponaša kreket žaba (Aristoph. Ranae: βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοὰξ).

1. *Minyae* Argoplovci. — 3. *regem* sc. *Aeeten,* otac Medejin, zato se ona zove u v. 5. *Aeetias.* — *vellera,* ,zlatno runo'. — *vox,* riječ, t. j. odgovor. — 5. *ignes i. e. amorem in Iasonem.* — *obstat* sc. *quominus vincas furorem.* — 8. ,nescio quis' v. M. 9. 40.

aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.
nam cur iussa patris nimium mihi dura videntur?
sunt quoque dura nimis. cur, quem modo denique vidi,
ne pereat, timeo? quae tanti causa timoris?
excute virgineo conceptas pectore flammas,
si potes, infelix! — si possem, sanior essem.
sed gravat invitam nova vis: aliudque cupido,
mens aliud suadet. video meliora proboque:
deteriora sequor. quid in hospite, regia virgo,
ureris, et thalamos alieni concipis orbis?
haec quoque terra potest, quod ames, dare. vivat, an ille
occidat, in dis est. vivat tamen, idque precari
vel sine amore licet. quid enim commisit Iason?
quem, nisi crudelem, non tangat Iasonis aetas
et genus et virtus? quem non, ut cetera desint,
ore movere potest? certe mea pectora movit.
at nisi opem tulero, taurorum afflabitur ore,
concurretque suae segeti, tellure creatis
hostibus, aut avido dabitur fera praeda draconi.
hoc ego si patiar, tum me de tigride natam,
tum ferrum et scopulos gestare in corde fatebor.
cur non et specto pereuntem oculosque videndo
conscelero? cur non tauros exhortor in illum
terrigenasque feros insopitumque draconem?
di meliora velint! quamquam non ista precanda,
sed facienda mihi. — prodamne ego regna parentis,
atque ego nescio quis servabitur advena nostra,

10. *iussa patris*, t. j. Jazonu od Medejina oca naložene radnje. — 17. *Quid in hospite ureris?* ,što za tuđinca (toliko) plamtiš ljubavnim plamom?' — 18. *thalami* ,udaja, brak'. — *concipere* (sc. *mente*), ,zamisliti što, misliti na što'. — 20. *in dis est*, ,u rukama je božjim'. — 21. *vel*, ,pače i' Pav. 425. Pr. (2). Gol. 388, bilj. 3. — 24. *ore*, ,svojim (lijepim) licem'. — 25. *taurorum*, kojima iz nozdrvâ modar plamen liže; isp. v. 101 i dalje. — 26. *suae segeti* (dat. = *cum* s. abl.): iz zmajevih zuba, što ih je sam posijao, uzrastoše naoružani muževi, s kojima se je morao boriti. — 29 *ferrum et scopulos*, ,željezo i kamen'. — 31. *exhortor*, navrkam, drškam'. — 33. *di meliora velint* (*dent, ferant*), ili samo ,*di meliora!*' = ,sačuvaj (ne daj) bože!' — *quamquam*, Pav. 353, Pr. 2. Gol- 325. 2. ,No molbe tu ne pomažu, već (jedino) djela s moje strane'. — 34. *Prodamne:* Eetu bilo je naime proročeno, da će dotle vladati, dok bude imao zlatno runo.

ut per me sospes sine me det lintea ventis,
virque sit alterius, poenae Medea relinquar?
si facere hoc, aliamve potest praeponere nobis,
occidat ingratus. sed non is vultus in illo,
non ea nobilitas animo est, ea gratia formae,
ut timeam fraudem meritique oblivia nostri.
et dabit ante fidem, cogamque in foedera testes
esse deos. quid tuta times? accingere et omnem
pelle moram; tibi se semper debebit Iason,
te face solemni iunget sibi; perque Pelasgas
servatrix urbes matrum celebrabere turba.
ergo ego germanam fratremque patremque deosque
et natale solum ventis ablata relinquam?
nempe pater saevus, nempe est mea barbara tellus,
frater adhuc infans, stant mecum vota sororis,
maximus intra me deus est. non magna relinquam,
magna sequar: titulum servatae pubis Achivae
notitiamque loci melioris et oppida, quorum
hic quoque fama viget, cultusque artesque locorum,
quemque ego cum rebus, quas totus possidet orbis,
Aesoniden mutasse velim: quo coniuge felix
et dis cara ferar, et vertice sidera tangam.
quid, quod nescio qui mediis incurrere in undis
dicuntur montes, ratibusque inimica Charybdis

37. *poenae* (dat. cilja) sc. *patris*. — 38. *is*, ,takav' — 42, *ante*, t. j. prije nego mu pomoć pružim. — *cogam . . . esse deos*, kako u prozi? — 43. *tuta*, femin. — *accingere* ,ajd na posao'. — 45. *fax*, ,(svadbena zublja) vjenčanje'. — 46. *servatrix*, naime njihovih sinova, Argoplovaca. — 47. *germanam*, sestri bijaše ime Chalciöpe, a bila je udata za Friksa. — *fratrem* sc. *Absyrtum*, koji još bijaše malen dječak. — 50. *mecum*, ,na mojoj strani, za me'. — 51. *maximus — deus* sc. *Amor*, jer je on ἀνίκατας μάχαν. — 52. *titulum*, u istom značenju kao i u Met. 8, 31. — 54. *cultus*, ,fina obrazovanost'. — 55. Spoji: *Aesonidenque (sequar), quem ego* etc. — 56. *mutasse*; inf. perf. = grčk. aoristu, dolazi naročito poslije glagola ,htjeti' i ,moći'. — *quo coniuge* (abl. *causae*) ,poradi kojega kao muža' (t. j. kao njegova supruga). — 57. *ferri* = *efferri*, ,slavljen biti' — *vertice sidera tangam* isp. Epilog v. 5—6. — 58. *quid quod?* što veliš na to, što? = ,što više' Gol. 339. a) B. 2. — 59. *nescio qui montes*, naime: simplegadske stijene συμπληγάδες πέτραι na ulazu u Pontus Euxinus, koje neprestano udaraju jedna o drugu (sklapaju se). — *incurrere*, naime na brod.

*

nunc sorbere fretum, nunc reddere, cinctaque saevis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?
nempe tenens, quod amo, gremioque in Iasonis haerens
per freta longa ferar. nihil illum amplexa verebor;
aut, si quid metuam, metuam de coniuge solo.
coniugiumne vocas, speciosaque nomina culpae
imponis, Medea, tuae? quin aspice, quantum
aggrediare nefas, et, dum licet, effuge crimen'.
dixit: et ante oculos rectum pietasque pudorque
constiterant, et victa dabat iam terga Cupido.
Ibat ad antiquas Hecates Perseïdos aras,
quas nemus umbrosum secretaque silva tegebat.
et iam fortis erat, pulsusque resederat ardor:
cum videt Aesonidem, extinctaque flamma revixit.
erubuere genae, totoque recanduit ore;
utque solet ventis alimenta assumere, quaeque
parva sub inducta latuit scintilla favilla,
crescere et in veteres agitata resurgere vires;
sic iam lentus amor, iam quem languere putares,
ut vidit iuvenem, specie praesentis inarsit.
et casu solito formosior Aesone natus
illa luce fuit: posses ignoscere amanti.
spectat, et in vultu, veluti tum denique viso,
lumina fixa tenet, nec se mortalia demens
ora videre putat, nec se declinat ab illo.
ut vero coepitque loqui dextramque prehendit
hospes et auxilium summissa voce rogavit
promisitque torum, lacrimis ait illa profusis;
,Quid faciam, video; nec me ignorantia veri
decipiet, sed amor. servabere munere nostro:

---

61. *Sic. profundo = in S. profundo* (supst.). — 66. *Quin aspice; quin* pojačava imperativ: ,da'. — 70. *Ibat* sc. *Medea.* Ide naime u gaj Hekate, božice čarolijâ, kojima je i sama Medeja bila vrlo vješta. Hekata bijaše kći Perzina, odatle joj ime Perseis. — 71. *secretus* ,osamljen'. — 75. konstr. *ut scintilla solet ventis alimenta assumere et quae parva* etc. — 78. *lentus* prev. ,slabo još tinjajući' *putares* i *posses* (u st. 81) v. Pav. 334, 2, bilj. Gol. 312, I. b) — 79. *species* ,lijep stas'. — 80. *solito,* ablat compar. — 81. *luce = die.* — 87. *torum i. e. coniugium.* — *veri,* ,onoga, što je pravo'.

servatus promissa dato'. per sacra triformis
ille deae, lucoque foret quod numen in illo,
perque patrem soceri cernentem cuncta futuri
eventusque suos et tanta pericula iurat.
creditus accepit cantatas protinus herbas
edidicitque usum laetusque in tecta recessit.
Postera depulerat stellas Aurora micantes:
conveniunt populi sacrum Mavortis in arvum
consistuntque iugis: medio rex ipse resedit
agmine purpureus sceptroque insignis eburno.
ecce adamanteis Volcanum naribus efflant
aeripedes tauri tactaeque vaporibus herbae
ardent. utque solent pleni resonare camini,
aut ubi terrena silices fornace soluti
concipiunt ignem liquidarum aspergine aquarum:
pectora sic intus clausas volventia flammas
gutturaque usta sonant. tamen illis Aesone natus
obvius it. vertere truces venientis ad ora
terribiles vultus praefixaque cornua ferro
pulvereumque solum pede pulsavere bisulco
fumificisque locum mugitibus impleverunt:
deriguere metu Minyae. subit ille, nec ignes
sentit anhelatos — tantum medicamina possunt —
pendulaque audaci mulcet palearia dextra,
suppositosque iugo pondus grave cogit aratri
ducere et insuetum ferro proscindere campum.
mirantur Colchi; Minyae clamoribus augent
adiciuntque animos. galea tum sumit aëna

---

90. *triformis* (,s tri tijela ili troglava') *dea = Hecate.* — 91. Spoji *et (per) numen, quod foret in illo luco.* — 92. *pater soc. futuri* je bog sunca Helije, kojega je sin bio Eet. — 93. *(per) eventus suos,* ,uspjehom svoga preduzeća'. — 94. *creditus* (kao i grčko πιστευόμενος) = *postquam ei creditum est.* — *cantatas* ,obajane, čarobne'. — 98. *iugis = in iugis.* — 100. *Volcanum = ignem.* — 102. Spoji *utque pleni camini resonare solent, aut silices* (,vapnenac') *soluti (in) fornace terrena* (resonare solent), *ubi concipiunt* etc. — 103. *terrenus,* ,zemljan'. — 107. *truces,* sc. *tauri.* — 115. *insuetum,* jer kao sveti gaj (isp. v. 97.: *sacrum Mav. arvum*) nije se smio obrađivati.

vipereos dentes ot aratos spargit in agros.
semina mollit humus valido praetincta veneno,
et crescunt fiuntque sati nova corpora dentes;
quodque magis mirum est, quassant arma edita secum.
quos ubi viderunt praeacutae cuspidis hastas
in caput Haemonii iuvenis torquere parantes.
demisere metu vultumque animumque Pelasgi.
ipsa quoque extimuit, quae tutum fecerat illum;
utque peti vidit iuvenem tot ab hostibus unum,
palluit et subito sine sanguine frigida sedit;
neve purum valeant a se data gramina, carmen
auxiliare canit secretasque advocat artes.
ille gravem medios silicem iaculatus in hostes
a se depulsum Martem convertit in ipsos.
terrigenae pereunt per mutua vulnera fratres
civilique cadunt acie. gratantur Achivi
victoremque tenent avidisque amplexibus haerent.
tu quoque victorem complecti, barbara, velles:
obstitit incepto pudor; at complexa fuisses:
sed te, ne faceres, tenuit reverentia famae.
quod licet, affectu tacito laetaris agisque
carminibus grates et dis auctoribus horum.
 Pervigilem superest herbis sopire draconem,
qui crista linguisque tribus praesignis et uncis
dentibus horrendus custos erat arietis aurei.
hunc postquam sparsit Lethaei gramine suci
verbaque ter dixit placidos facientia somnos,
quae mare turbatum, quae concita flumina sistunt:
somnus in ignotos oculos sibi venit, et auro

118. *vipereos dentes,* zubi otrovna zmaja, kojega ubi Kadmo. Jedan dio od tih zuba pokloni Minerva Eetu. — 120. *corpora,* sc. *virorum.* — 122. *praeacutae: prae* se u sastavljenicima pred vokalom pokraćuje. — 123. *Haem. iuvenis* = *Iason* (jer ishodi iz Tesalije = Haemonia). — 124. *Pelasgi* = *Graeci.* — 128. *neve* = *et ne.* — *carmen* sc. *magicum,* ‚bȁsma‘, koja nije trebala biti metrična. — 131. *Martem,* kano Volcanum, v. 100 (metomnija). — 133. *civili acie* (= mutua caede), isp. Met. 6. 117; *civilibus bellis* — 135. *barbara* sc. *Medea.* — 137. *tenuit* = *retinuit.* — 138. *affectus,* ‚ushićenje‘. — 139. *horum* sc. *carminum.* — 142. *arietis* (mj. njegova runa), čitaj troslovčano = arjetis; *aurei,* (siniceza). — 146. *sibi ignotos,* jer san još nikad ne pade na te oči.

heros Aesonius potitur: spolioque superbus
muneris auctorem secum, spolia altera, portans
victor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.

12. Dedal i Ikar.

Daedalus interea Creten longumque perosus
exsilium tactusque loci natalis amore
clausus erat pelago. ‚terras licet‘ inquit ‚et undas
obstruat: at caelum certe patet; ibimus illac.
omnia possideat, non possidet aëra Minos‘
dixit et ignotas animum dimittit in artes
naturamque novat. nam ponit in ordine pennas
a minima coeptas, longam breviore sequente.
tum lino medias et ceris alligat imas,
atque ita compositas parvo curvamine flectit,
ut veras imitetur aves. puer Icarus una
stabat et ignarus sua se tractare pericla
ore renidenti modo, quas vaga moverat aura,
captabat plumas, flavam modo pollice ceram
mollibat lusuque suo mirabile patris
impediebat opus. postquam manus ultima coeptis
imposita est, geminas opifex libravit in alas
ipse suum corpus motaque pependit in aura.
 Instruit et natum, ‚medio‘ que ‚ut limite curras,
Icare‘, ait ‚moneo, ne, si demissior ibis,
unda gravet pennas, si celsior, ignis adurat.

148. *muneris auctorem i. e. Medeam.*

11. Dedal (Δαίδαλος, ‚umjetnik‘ od riječi δαίω), glasovit kipar i graditelj iz mitskoga doba, od loze atenskih kraljeva. Zavidljiv sestriću svomu Perdiksu i bojeći se, da ga taj umjetnošću ne nadvisi, ubi ga i pobježe na Kretu, gdje kralju Minoju sagradi Labirint. Kad ga nato Minoje ne htjede dragovoljno otpustiti, odluči sa sinom Ikarom uteći s pomoću umjetnih krila. Na putu pade Ikar u more, a Dedal dođe srećno u Siciliju. — 1. *perosus,* aktiv. s akuz. Gol. 361. b. 1. — 2. *licet* sp. s *obstruat* (sc. *Minos*), Pav. 338. Gol. 315. — *possideat,* conj. concess. — 7. *novat* (μεταμορφοῖ), ‚preobražava‘. — 11. *veras aves* = *veras pennas avium.* — 11. *tractare,* ‚sigrati se‘. — 15. *mollibat,* zastarjeli oblik mj. *molliebat.* — 17. *libravit,* ‚zamahnu (baci) se *(suum corpus)* u ravnotežju među krila. — 19. *medio i. e. inter solem et mare.* — 20. *demissior,* ‚prenisko‘. — 21. *ignis* sc. *solis.*

inter utrumque vola. nec te spectare Booten
aut Helicen iubeo strictumque Orionis ensem:
me duce carpe viam‘. pariter praecepta volandi
tradit et ignotas umeris accommodat alas.
Inter opus monitusque genae maduere seniles,
et patriae tremuere manus. dedit oscula nato
non iterum repetenda suo; pennisque levatus
ante volat comitique timet, velut ales, ab alto
quae teneram prolem produxit in aëra nido
hortatur que sequi damnosasque erudit artes
et movet ipse suas et nati respicit alas.
hos aliquis, tremula dum captat arundine pisces,
aut pastor baculo stivave innixus arator,
vidit et obstipuit, quique aethera carpere possent,
credidit esse deos. et iam Iunonia laeva
parte Samos — fuerant Delosque Parosque relictae —
dextra Lebinthos erat fecundaque melle Calymne:
cum puer audaci coepit gaudere volatu
deseruitque ducem caelique cupidine tractus
altius egit iter. rapidi vicinia solis
mollit oderatas, pennarum vincula, ceras.
tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos
remigioque carens non ullas percipit auras;
oraque caerulea patrium clamantia nomen
excipiuntur aqua, quae nomen traxit ab illo.
at pater infelix, nec iam pater, ‚Icare‘, dixit,
‚Icare‘, dixit ‚ubi es? qua te regione requiram?‘
‚Icare‘ dicebat: pennas aspexit in undis
devovitque suas artes corpusque sepulcro
condidit. et tellus a nomine dicta sepulti.

---

22. i dalje. Pomenute tri zvijezde na sjevernom nebu služahu obično brodarima za ravnanje. — 23. *ignotas* = *insuetas*. — 29. *ab alto* treba spojiti s *nido*. — 31. *hortatur sequi*, grecizam; kako u prozi? — 35 konstr. *et credidit deos esse* (eos), *qui aethera* etc. — 36. *Iunonia:* božicu Junonu štovahu osobito na otoku Samu. — 42. *odoratas*, mirišući, kad se topi. — 44. *remigioque* sc. alarum. — *percipere*, ‚zahvatiti, grabiti‘. — 46 *nomen traxit i e. Icarium mare inter Chion et Coum*. — 49. Zašto ovdje *dicebat*, a prije (v. 47) *dixit?* — 52. *tellus i. e. insula Icaria.*

13. Filemon i Baukida.

Amnis ab his tacuit. factum mirabile cunctos
moverat; irridet credentes, utque deorum
spretor erat mentisque ferox Ixione natus,
‚ficta refers, nimiumque putas, Acheloë, potentes
esse deos‘ dixit, ‚si dant adimuntque figuras‘.
obstipuere omnes, nec talia dicta probarunt;
ante omnesque Lelex, animo maturus et aevo,
sic ait: ‚immensa est finemque potentia caeli
non habet et, quidquid superi voluere, peractum est.
quoque minus dubites, tiliae contermina quercus
collibus est Phrygiis, modico circumdata muro —
ipse locum vidi; nam me Pelopeïa Pittheus
misit in arva, suo quondam regnata parenti —
haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim,
nunc celebres mergis fulicisque palustribus undae.
Iuppiter huc specie mortali cumque parente
venit Atlantiades positis caducifer alis.
mille domos adiere locum requiemque petentes:
mille domos clausere serae. tamen una recepit,
parva quidem, stipulis et canna tecta palustri:
sed pia Baucis anus parilique aetate Philemon
illa sunt annis iuncti iuvenalibus, illa
consenuere casa; paupertatemque fatendo
effecere levem nec iniqua mente ferendo.
nec refert, dominos illic famulosne requiras:
tota domus duo sunt, idem parentque iubentque.
Ergo ubi caelícolae parvos tetigere penates

---

13. *Amnis, Achelous.* — *ab his* = *statim ab his*, odmah zatim. — — 2. *irridet* sc. *Ixione natus* = *Pirithous*, kralj Lapita, prijatelj Tezejev. Piritoje naime ne vjeruje u *factum mirabile* (v. 1), t. j. da su nimfe bile preobražene u ehinadske otoke. — 3. *mentis* = *mente*. — *dant adimuntque* = μεταμορφοῦσι. — 9. *voluere*, Pav. 326, 1. Gol. 303. 1. — 10. *quoque* = *et quo*. — 12. *Pelop. arva* = *Phrygiam;* — *Pittheus*, kralj u Troezeni, sin frigijskoga kralja Pelopa. — 13. *parenti* = *a parente* — 15. *celebres* = *frequentatae*. — 17. *Atlantiades*, Merkur; *caducifer*, χρυσόρραπις. — 18. *locum requiemque* = *locum requietis*. — 23. *fatendo*, t. j. ne srameći ga se. — 24. *nec iniqua mente* = *et aequa m.* ‚strpljivo‘ ravnodušno‘. — 26. *idem* = *iidem*. — 27. *penates* = *domum*, v. Trist. 2. 30.

summissoque humiles intrarunt vertice postes,
membra senex posito iussit relevare sedili,
quo superiniecit textum rude sedula Baucis.
inde foco tepidum cinerem dimovit et ignes
suscitat hesternos foliisque et cortice sicco
nutrit et ad flammas anima producit anili;
multifidasque faces ramaliaque arida tecto
detulit et minuit parvoque admovit aëno.
quodque suus coniunx riguo collegerat horto,
truncat holus foliis. furca levat ille bicorni
sordida terga suis nigro pedentia tigno
servatoque diu resecat de tergore partem
exiguam sectamque domat ferventibus undis.
  Interea medias fallunt sermonibus horas
concutiuntque torum de molli fluminis ulva
impositum lecto sponda pedibusque salignis.
vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo
sternere consuerant; sed et haec vilisque vetusque
vestis erat, lecto non indignanda saligno.
accubuere dei. mensam succinta tremensque
ponit anus; mensae sed erat pes tertius impar:
testa parem fecit. quae postquam subdita clivum
sustulit, aequatam mentae tersere virentes.
ponitur hic bicolor sincerae baca Minervae
conditaque in liquida corna autumnalia faece
intibaque et radix et lactis massa coacti,
ovaque non acri leviter versata favilla:
omnia fictibus. post haec caelatus eodem

28. *summisso vertice*, ,prignute glave'. — 30. *quo*. sp. sa *sedili*. — 33. *anili* = *debili*. — 34. *faces* = *ligna* (,borovine'). — *tecto* s tavana. — 37. *levat* ,snimi, skine'. — 38. *sordida, nigro:* od dima. — *suis,* od *sus*. — 41. *fallunt* ,krate, pokraćuju si'. — 42. *torus* ,jastuk'. — 43. *lecto* (dat.) postelja — *sponda,* stalak za oboje. — *salignis,* proteže se na *sponda i pedibus* (abl. qual.). — 44. *vestes* pokrivala. — *non nisi,* ,samo' Gol. 334, 1. b. 1. — 46. *lecto* (dat.) *non indignanda* (οὐκ ἀγανακτοῦσα), šaljivo rečeno: ,što posve dolikuje' — 48. *p. tertius,* stolovi imućnikâ bijahu u doba Ovidijevo na j e d n u nogu. — 49. *clivus* ,kosina stola'. — 51. *baca M.*, ,maslina' — *bicolor,* zelena i crna. — *sincera (= intacta)* ,djevojačka'. — 52. *condita*, .začinjene, ukuhane'. — 53. *radix,* rotkva — *massa l. coacti*, .sir'. — 55. *fictilibus* = *in fict.* sc. *apponuntur.*

sistitur argento crater fabricataque fago
pocula, qua cava sunt, flaventibus illita ceris.
parva mora est, epulasque foci misere calentes;
nec longae rursus referuntur vina senectae
dantque locum mensis paulum seducta secundis.
hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis
prunaque et in patulis redolentia mala canistris
et de purpureis collectae vitibus uvae.
candidus in medio favus est. super omnia vultus
accessere boni nec iners pauperque voluntas.
  Interea totiens haustum cratera repleri
sponte sua per seque vident succrescere vina.
attoniti novitate pavent manibusque supinis
concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon
et veniam dapibus nullisque paratibus orant.
  Unicus anser erat, minimae custodia villae,
quem dis hospitibus domini mactare parabant.
ille celer penna tardos aetate fatigat
eluditque diu tandemque est visus ad ipsos
confugisse deos; superi vetuere necari,
,Di' que ,sumus, meritasque luet vicinia poenas
impia', dixerunt; ,vobis immunibus huius
esse mali dabitur: modo vestra relinquite tecta
ac nostros comitate gradus et in ardua montis
ite simul', parent ambo baculisque levati
nituntur longo vestigia ponere clivo.
tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta
missa potest: flexere oculos et mersa palude

56. *argento eodem,* šaljivo za *,argilla'*. — 58. *epulas,* ,glavno jelo' (naime: *terga suis et holus*). — 59. *nec* = *et non* — Vino bi se opet sa stola odnijelo (*referuntur*), da bude mjesta za poslastice (*mensae secundae*), i metnulo za koji čas na stranu *(paulum seducta*). – 61. *palmae,* ,datulje' *rugosus* ,škorav'. — 62. *mala* od malum, jabuka (grčki μῆλον). — 63. *purpureis,* preneseno s *uvae* na *vitibus*. — 65. *bonus,* ,prijazan, veseo'. — 66. *haustum* = *exh*. — 68. *novitas,* ,čudo'. — *man. supinis,* t. j. tako, da su dlani bili okrenuti gore. — 70. *nulli paratus* ,nikakva (t. j. posve slaba) priprava'. — 71. *custodia* (abstr. pro concr.), ,čuvarica' [isp. Lucret.: *Romulidarum arcis servator candidus anser*]. — 78. *dabitur* (= *licebit*), konstrukcija kano *,licet mihi esse otioso'*. — *modo* ,samo'. — 79. *comito,* aktiv dolazi samo kod pjesnikâ. — 80. *simul* = *nobiscum*.

cetera prospiciunt, tantum sua tecta manere.
dumque ea mirantur, dum deflent fata suorum,
illa vetus, dominis etiam casa parva duobus
vertitur in templum: furcas subiere columnae,
stramina flavescunt aurataque tecta videntur
caelataeque fores adopertaque marmore tellus.
talia tum placido Saturnius edidit ore:
‚Dicite, iuste senex et femina coniuge iusto
digna, quid optetis'. cum Baucide pauca locutus
iudicium superis aperit commune Philēmon:
„Esse sacerdotes, delubraque vestra tueri
poscimus; et quoniam concordes egimus annos,
auferat hora duos eadem, nec coningis umquam
busta meae videam, neu sim tumulandus ab illa".
Vota fides sequitur: templi tutela fuere,
donec vita data est. annis aevoque soluti
ante gradus sacros cum starent forte locique
narrarent casus, frondere Philemona Baucis,
Baucida conspexit senior frondere Philemon.
iamque super geminos crescente cacumine vultus
mutua, dum licuit, reddebant dicta ‚vale' que
‚o coniunx' dixere simul, simul abdita texit
ora frutex. ostendit adhuc Thymbreius illic
incola de gemino vicinos corpore truncos.
Haec mihi non vani — neque erat, cur fallere vellent
narravere senes. equidem pendentia vidi
serta super ramos ponensque recentia dixi:
cura pii dis sunt, et, qui coluere, coluntur'.

85. *suorum,* naime ‚susjedâ'. — 86. spoji: *illa vetus casa, duobus etiam dominis parva.* — 87. *furcas subiere columnae,* mjesto rašljastih krovnih upornica dođu *columnae.* — 88. *videntur,* pasiv. — 89. *tellus* = *solum.* — 93. *iudicium, sententiam.* — 98. *fides* (vjera u obećanje), ‚ispunjenje'. — 99. *soluti* = *defecti.* — 105. *abdita,* prolept. — 106. *Thymbreius, Thymbris,* rijeka u Frigiji — 107. *de gemino corpore* sc. *ortos; truncos* = *arbores.* — 108. *non vani* pouzdani νημερτεῖς. — 110. *serta* kao zavjetne darove. — *ponens* = *apponens.* — 111. *coluere* (sc. *deos*) vidi v. 9: *voluere.*

14. Orfej i Euridika.

Inde per immensum croceo velatus amictu
aethera digreditur Ciconumque Hymenaeus ad oras
tendit et Orphea nequiquam voce vocatur.
affuit ille quidem; sed nec sollemnia verba
nec laetos vultus nec felix attulit omen.
fax quoque, quam tenuit, lacrimoso stridula fumo
usque fuit nullosque invenit motibus ignes.
Exitus auspicio gravior; nam nupta per herbas
dum nova Naïadum turba comitata vagatur,
occidit in talum serpentis dente recepto.
quam satis ad superas postquam Rhodopeïus auras
deflevit vates, ne non tentaret et umbras,
ad Styga Taenaria est ausus descendere porta
perque leves populos simulacraque functa sepulcro
Persephonen adiit inamoenaque regna tenentem
umbrarum dominum; pulsisque ad carmina nervis
sic ait: ‚O positi sub terra numina mundi,
in quem recidimus, quidquid mortale creamur,
si licet et falsi positis ambagibus oris
vera loqui sinitis, non huc, ut opaca viderem
Tartara, descendi, nec uti villosa colubris

14. 1. *Inde,* t. j. od neke svadbe na otoku Kreti. — *croceo,* svečana boja, kakove bijaše također koprena u rimske nevjeste kod svadbenoga ophoda. — 3. *Orphea (voce)* je adjektiv (isp. Met. 2, 3.) = *voce Orphei*; *nequiquam,* ‚bez povoljna uspjeha'. — *vocatur* sc. *ad nuptias.* — 4. *sollemnia verba* ‚svečane pjesme', koje pjevahu kod svadbe. — 8. *motibus* ‚mahanjem'. — 8. *nupta* sp. s *nova,* ‚mlada nevjesta'. — 9. *Naiadum,* Euridika bila je također Najada. — 10. *dente in t. recepto,* ranjena zubom u petu. — 11. *Rhod. vates* = *Orpheus.* — 12. *Taenaria porta,* kod tenarskoga podgorja u Lakoniji bijaše po priči ulazak u podzemni svijet. — 14. *leves;* jer su sjene umrvših bez tijela. — *functa sepulcro* mj. *functorum sepulcro;* neukopani ne mogoše preko Stiksa. — 18. *quidquid mortale creamur,* ‚svi, koji se kao smrtni rodimo'. — 19. *positis* = *depos.* — *falsi oris,* ‚varavih riječi'.

terna Medusaei vincirem guttura monstri:
causa viae est coniunx, in quam calcata venenum
vipera diffudit crescentesque abstulit annos.
posse pati volui nec me tentasse negabo:
vicit Amor. supera deus hic bene notus in ora est;
an sit et hic, dubito; sed et hic tamen auguror esse,
famaque si veteris non est mentita rapinae,
vos quoque iunxit amor. per ego haec loca plena timoris,
per chaos hoc ingens vastique silentia regni,
Eurydices, oro, properata retexite fata.
omnia debentur vobis paulumque morati
serius aut citius sedem properamus ad unam.
tendimus huc omnes, haec est domus ultima, vosque
humani generis longissima regna tenetis;
haec quoque, cum iustos matura peregerit annos,
iuris erit vestri, pro munere poscimus usum.
quod si fata negant veniam pro coniuge, certum est
nolle redire mihi: leto gaudete duorum'.
  Talia dicentem nervosque ad verba moventem
exsangues flebant animae; nec Tantalus undam
captavit refugam stupuitque Ixionis orbis,
nec carpsere iecur volucres, urnisque vacarunt
Belides inque tuo sedisti, Sisyphe, saxo.
  Tunc primum lacrimis victarum carmine fama est
Eumenidum maduisse genas. nec regia coniunx
sustinet oranti, nec qui regit ima, negare
Eurydicenque vocant. umbras erat illa recentes

---

22. *terna gut.* = *tria gut.* Pjesnici rado upotrebljavaju distributiv mjesto glavn. broja. *Medusaei monstri i. e. Cerberi* (sin Ehidne, kćeri Meduzine). — 24. *crescentes*, ,u cvijetu (u naponu)'. — 25. *posse pati volui*; *posse* obj. za *volui*. — *tentasse* (sc. *pati*). — 27. *dubito* = *incertus sum*. — 31. *retexite* (= *resolvite*), naime što su Parce prerano sprele, t. j. ,povratite joj pređašnji život'. — 35. *longissima regna*, naime vremenom: ,najdugotrajniju vlast'. — 36. *haec* sc. *Proserpina*. — 37. *iuris vestri* (genit. poss.), ,u vašoj vlasti'. — *pro*, ,za' — *usus*, ,uživanje'. — 38. *certum est mihi*, čvrsto sam odlučio. — 40. *nervos*, kao i v. 16: ,*pulsis nervis*'. — 42. *orbis*: inače se kolo, za koje bi privezan Iksion, neprestano vrti. — 43. *iecur* sc. *Tityi*. — 44. *Belides* = *Danaides*; *vacarunt*, ,odložiše (s glave)'. — 47. *sustinet*, ,odolijeva (= može odoljeti)'. — *inter* sp. *s umbras*.

inter et incessit passu de vulnere tardo.
hanc simul et legem Rhodopeïus accipit heros,
ne flectat retro sua lumina, donec Avernas
exierit valles; aut irrita dona futura
  Carpitur acclivis per muta silentia trames,
  arduus, obscurus, caligine densus opaca.'
nec procul afuerunt telluris margine summae;
hic, ne deficeret, metuens avidusque videndi
flexit amans oculos; et protinus illa relapsa est
bracchiaque intendens prendique et prendere certans
nil nisi cedentes infelix arripit auras.
iamque iterum moriens non est de coniugie quidquam
questa suo — quid enim nisi se quereretur amatam? —
supremumque ,vale', quod iam vix auribus ille
acciperet, dixit, revolutaque rursus eodem est.
  Non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus,
quam tria qui timidus medio portante catenas
colla canis vidit; quem non pavor ante reliquit,
quam natura prior saxo per corpus oborto.
orantem frustraque iterum transire volentem
portitor arcuerat. septem tamen ille diebus
squalidus in ripa Cereris sine munere sedit.
cura dolorque animi lacrimaeque alimenta fuere.
esse deos Erebi crudeles questus in altam
se recipit Rhodopen pulsumque aquilonibus Haemum.

---

49. *de* ,poradi'. — 50. *hanc* sc. *Eurydicen*, *legem*, uvjet; *Rhodop. heros* = *Orpheus*, v. st. 11. — 51. *Avernas valles*, ,podzemne doline'. Kod avernskoga jezera bio je također ulaz u podzemni svijet. — 52. *exierit*, s akuz. pjesnički. — 56. *hic*, adv. — *ne deficeret* (sc. *Eurydice*), ,da nije sustala'. — *metuens*, *amans* sc. *Orpheus*, *certans* (s infin.) težeći, upinjući se, da . . . — 59. *arripit*, subj. *illa*. — 61. *quid enim quereretur, nisi se amatam (esse)*. — 63. *eodem*, naime: ,odakle je došla'. — 65. Spoji *quam ille, qui timidus (= territus) tria colla canis* (sc. *Cerberi*) *vidit medio (collo) p. cat.* Ispoređenje smjera onamo, da se netko opazivši Kerbera, što ga je Heraklo donio na gornji svijet, od straha okamenio. — 68. *orantem* sc. *Orphea*. — *transire* sc. *Stygem*. — 69. *portitor*, Haron. — 70. *in ripa* sc. *Stygis*. — *Cer. sine munere*, ,bez hrane'.

16. Hijakint.

Ver hiemem quotiens, Hyacinthe, repellit aquosam,
tu totiens oreris viridique in caespite flores.
te meus ante omnes genitor dilexit, et orbe
in medio positi caruerunt praoside Delphi,
dum deus Eurotan immunitamque frequentat
Sparten; nec citharae, nec sunt in honore sagittae.
immemor ipse sui non retia ferre recusat,
non tenuisse canes, non per iuga montis iniqui
isse comes, longaque alit assuetudine flammas.
Iamque fere medius Titan venientis et actae
noctis erat spatioque pari distabat utrimque:
corpora veste levant et suco pinguis olivi
splendescunt latique ineunt certamina disci.
quem prius aërias libratum Phoebus in auras
misit et oppositas disiecit pondere nubes.
recidit in solidam longo post tempore terram.
pondus et exhibuit iunctam cum viribus artem.
protinus imprudens actusque cupidine ludi
tollere Taenarides orbem properabat; at illum
dura repercussum subiecit in aëra tellus
in vultus, Hyacinthe, tuos. expalluit aeque
quam puer ipse deus collapsosque excipit artus,
et modo te refovet, modo tristia vulnera siccat.
nunc animam admotis fugientem sustinet herbis.
nil prosunt artes: erat immedicabile vulnus.

---

15. Pripovijetka o Hijakintu, sinu Spartanca Ebala (isp. v. 19. *Taenarides*) meće se ovdje u usta Orfeju, sinu Apolonovu (*genitor meus* v. 3.). — 3. *orbe in medio positi;* Stari vjerovahu, da je u Delfima središte zemaljskoga kruga (isp. Liv. 38, 48: ‚*Delphos, umbilicum orbis terrarum*‘) — 5. *immunitam; ‚muris quod caret oppidum*‘ (Seneca). — 7. *immemor sui* t. j. svoga dostojanstva kao bog. — *retia* ‚lovne mreže‘. — 10. *medius ven. noctis* = *medius inter venientem noctem; utrimque i. e. veniente et acta nocte*; *Titan* = Sol. v. Met. 5. 109. — 13. *splendescunt:* prije gimnastičkih vježbi mazali bi sebi stari tijelo uljem. — 19. *orbem* (= *discum* v. 13), ‚kolut‘ poradi okrugla oblika. — 20. sp. *illum* (orbem) *in aëra repercussum subiecit* (‚baci u vis‘) — 21. *aeque quam* = *aeque ac*. — 24. *herbae,* ‚ljekovito bilje‘, jer je Apolon bog liječenja. Ovamo ide i ‚*artes*‘ u st. 25.

ut si quis violas riguove papaver in horto
liliaque infringat fulvis haerentia virgis,
marcida demittant subito caput illa gravatum,
nec se sustineant, spectentque cacumine terram:
sic vultus moriens iacet, et defecta vigore
ipsa sibi est oneri cervix umeroque recumbit.
‚Laberis, Oebalide, prima fraudate iuventa‘,
Phoebus ait ‚videoque tuum, mea crimina, vulnus.
tu dolor es facinusque meum; mea dextera leto
inscribenda tuo est: ego sum tibi funeris auctor.
quae mea culpa tamen? nisi si lusisse vocari
culpa potest, nisi culpa potest et amasse vocari.
atque utinam pro te vitam tecumve liceret
reddere! quod quoniam fatali lege tenemur,
semper eris mecum memorique haerebis in ore.
te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt:
flosque novus scripto gemitus imitabere nostros.
tempus et illud erit, quo se fortissimus heros
addat in hunc florem folioque legatur eodem‘.
Talia dum vero memorantur Apollinis ore,
ecce cruor, qui fusus humo signaverat herbam,
desinit esse cruor, Tyrioque nitentior ostro
flos oritur formamque capit, quam lilia, si non
purpureus color his, argenteus esset in illis.
non satis hoc Phoebo est — is enim fuit auctor honoris —
ipse suos gemitus foliis inscribit, et AI AI
flos habet inscriptum, funestaque littera ducta est.

---

26. *riguove*: *ve* se proteže na *papaver*. — sp. *si quis riguo in horto infringat violas papaverve liliaque.* — 34. *mea dextera . . . tuo est,* ‚mojoj ruci mora se pripisati uzrok tvoje smrti‘. — 39. *fatali lege,* po kojem je jedan besmrtan, a drugi smrtan. — 42. *scripto* isto što dolje u stihu 52 ‚*littera*‘; *gemitus* spoji s *nostros*. — 43. *heros* sc. *Ajant*; iz njegove krvi (iza samodavljenja) uzraste isti cvijet. — 44. *in florem se addere,* ‚preobraziti se u‘. — *folio* etc. isp. v. 51 i 52. — 45. *verus,* istinit (‚istinu proričući‘); kako to? — 46. *humo* = *humi*, isp. Met. 6, 127. — 48. *quam lilia* sc. *capiunt*. — 49. *his* proteže se na novo nastali cvijet (sabljić, perunika), *illis* na *lilia*. — 51. Aĩ, Aĩ usklik od tuge kod Grkâ (*vae*, ‚jao‘) i početna slova imena Ajantova. — 52. *ducta* isp. *sulcum, fossam ducere*. — 53. Spoji: *Nec Sparten pudet genuisse Hyacinthon* (grčki nastavak akuzativa).

Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon, honorqe
durat in hoc aevi, celebrandaque more priorum
annua praelata redeunt Hyacinthia pompa.

16. Kralj Mida.

Cum meliore choro Bacchus vineta Timoli
Pactolonque petit, quamvis non aureus illo
tempore nec caris erat invidiosus arenis.
hunc assueta cohors satyri Bacchaeque frequentant.
at Silenus abest. titubantem annisque meroque
ruricolae cepere Phryges vinctumque coronis
ad regem duxere Midan, cui Thracius Orpheus
orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
qui simul agnovit socium comitemque sacrorum,
hospitis adventu festum genialiter egit
per bis quinque dies et iunctas ordine noctes.
et iam stellarum sublime coëgerat agmen
Lucifer undecimus, Lydos cum laetus in agros
rex venit et iuveni Silenum reddit alumno.
huic deus optandi gratum, sed inutile, fecit
muneris arbitrium gaudens altore recepto.
ille, male usurus donis ait ‚effice, quidquid
corpore contigero, fulvum vertatur in aurum‘.
annuit optatis nocituraque munera solvit
Liber et indoluit, quod non meliora petisset.

---

54. *hoc.* (akus.) *aevi,* kano *‚multum cibi‘.* — *priorum* = *maiorum.* — 55. *Hyacinthia,* godišnja svetkovina Spartanaca. — *pompa* ‚(sjajan) svečan ophod‘, na kojem bi nosili sprijeda *(praelata)* slike bogova.

16. S ovom pripovijetkom isporedi hrv. priču o kralju Trojanu. 1. *meliore,* naime od tračkih bakantica, koje je Bakho pretvorio u hraste, jer su ubile njegova sina Orfeja. — 2. *Pactōlos,* zlatonosna rijeka, *Timolus (= Tmolus),* gora u Lidiji. — 3. *carus* = *pretiosus* — 5. *Sile-nus,* odgojitelj Bakhov; isp. v. 14. — 8. *orgia,* Bakhov kult. *tradi-derat* = *docuerat.* — *Cecropio* = *Atheniensi*; poradi hijata isp. Pav. metr. 13, a.; Gol. 13, 1. — *Eumolpus* bio je učenik Orfejev, osnivač eleu-zinskih misterija. — 9. *simul* = *simulac.* — *sacrorum* sc. *Bacchi.* — 10. *adventu,* abl. *causae.* — *genialiter,* ‚veselo‘. — 12. *coëgerat agmen* (isp. Met. 5, 107), t. j. već je jutro osvanulo. — 13. *undecimus,* ‚po jedanaesti put‘. — 14. *iuveni* adjektivno. — *alumno i. e. Baccho.* — 15. sp. *optandi muueris.* — 17. *effice, vertatur* mj. *ut vertatur.* — 19. *solvit* = *dedit,* t. j. plati kao dugovinu, jer mu je prije obrekao. — 21. *Berecynthius (Midas)* kao sin Kibelin, koju osobito štovahu na brdu Berekintu u Frigiji.

Laetus abit gaudetque malo Berecyntius heros
pollicitique fidem tangendo singula tentat.
vixque sibi credens non alta fronde virentem
ilice detraxit virgam: virga aurea facta est.
tollit humo saxum; saxum quoque palluit auro.
contigit et glebam: contactu gleba potenti
massa fit. arentis Cereris decerpsit aristas:
aurea messis erat. demptum tenet arbore pomum:
Hesperidas donasse putes. si postibus altis
admovit digitos, postes radiare videntur.
ille etiam liquidis palmas ubi laverat undis,
unda fluens palmis Danaën eludere posset.
vix spes ipse suas animo capit aurea fingens
omnia. gaudenti mensas posuere ministri
exstructas dapibus nec tostae frugis egentes
tum vero, sive ille sua Cerealia dextra
munera contigerat, Cerealia dona rigebant,
sive dapes avido convellere dente parabat,
lamina fulva dapes admoto dente premebat.
miscuerat puris auctorem muneris undis:
fusile per rictus aurum fluitare videres.
attonitus novitate mali, divesque miserque,
effugere optat opes et, quae modo voverat, odit.
copia nulla famem relevat; sitis arida guttur
urit, et inviso meritus torquetur ab auro;
ad caelumque manus et splendida bracchia tollens
‚Da veniam, Lenaee pater! peccavimus‘, inquit,
‚sed miserere, precor, speciosoque eripe damno‘.
mitis restituit Bacchus peccasse fatentem,

---

22. *polliciti* (supst.) *fidem,* ‚istinitost obećanja‘. — 24. poređaj *ilice non alta detr. virgam fr. virentem.* — 27. *massa,* t. j. gruda zlata. — *Ceres* (metonim.), ‚žito‘; *arens,* zreo. — 29. *Hespericas* u vrtu Hesperovicâ rastijahu zlatne jabuke. — 32. *palmis* = *de (e) palmis.* — 35. *tostae frugis* = *panis.* U najstarije doba pržili bi žito prije nego bi ga stukli. — 36. *rigebant,* postavši naime također zlatom. — 39. *premebat,* ‚pokrivaše‘. — 40. *auctorem mun.* sc. *Bacchum* = *vinum.* — 41. *videres,* v. Met. 1. 74. — 42. *divesque miserque,* Oxymoron. — 45. *meritus,* ‚kao što je zaslužio‘. — *ab,* ‚od (poradi)‘. — 48. *speciosoque damno,* ‚sjajnomu zlu‘ (Oxymor.). — 49. *restituit* = *pristinam ei naturam dedit.*

*

,Neve male optato maneas circumlitus auro,
vade' ait ,ad magnis vicinum Sardibus amnem,
perque iugum nitens labentibus obvius undis
carpe viam, donec venias ad fluminis ortus.
spumigeroque tuum fonti, qua plurimus exit,
subde caput, corpusque simul, simul elue crimen".
Rex iussae succedit aquae. vis aurea tinxit
flumen et humano de corpore cessit in amnem.
nunc quoque iam veteris percepto semine venae
arva rigent auro madidis pallentia glebis.
Ille perosus opes silvas et rura colebat
Panaque montanis habitantem semper in antris.
pingue sed ingenium mansit, nocituraque, ut ante,
rursus erant domino stolidae praecordia mentis.
nam freta prospiciens late riget arduus alto
Tmolus in ascensu clivoque extensus utroque
Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypaepis.
Pan ibi dum teneris iactat sua carmina nymphis
et leve cerata modulatur harundine carmen,
ausus Apollineos prae se contemnere cantus,
iudice sub Tmolo certamen venit ad impar.
monte suo senior iudex consedit et aures
liberat arboribus; quercu coma caerula tantum
cingitur, et pendent circum cava tampora glandes.
isque deum pecoris spectans ,in iudice' dixit
,nulla mora est'. calamis agrestibus insonat ille

---

51. *amnem* sc. *Pactolon* — 52. *nitens,* penjući se. — 54. *plurimus* = *maximus* (,najobilnije'). — 56. *vis aurea,* ,zlatotvorna sila'. — 60. *ille sc. Midas.* — *colebat* ima uz obj. *Pana* preneseno značenje. — 62. *pinguis,* ,lud'. — 63. *praecordia* (,ošit' = φρένες) *mentis,* ,sijelo duha', ,duh'. — 64. *late* sp. s *prospiciens.* — *riget* etc. Dok se vrhunac Tmola strmo uzdiže, šire se oba obronka *(clivus uterque)* prema Sardama i Hipepama. — 68. *harundine* pastirska svirala, na njoj pojedine trske spojene *(cerata)* voskom. — 69. *prae se* (brahil.). = *prae suis cantibus.* — 70. *Tmolus,* ovdje: (gorski) ,bog' (personif.). — 71. *senior* ,starac'. — 72. *arboribus*; to ne pripada upravo glavi Tmola kano boga, već kano brda. — *coma caerula* jer se glavice bregova ukazuju izdaleka plavetne. — 74. *deus pecoris* = *Pan.* — *in iudice i. e. in me.* (τὸ ἐπ' ἐμοί). t. j. ja sam pripravan.

barbaricoque Midan — aderat nam forte canenti —
carmine delenit. post hunc sacer ora retorsit
Tmolus ad os Phoebi; vultum sua silva secuta est.
ille caput flavum lauro Parnaside vinctus
verrit humum Tyrio saturata murice palla;
instratamque fidem gemmis et dentibus Indis
sustinet a laeva; tenuit manus altera plectrum.
artificis status ipse fuit. tum stamina docto
pollice sollicitat; quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus citharae summittere cannas.
Iudicium sanctique placet sententia montis
omnibus. arguitur tamen atque iniusta vocatur
unius sermone Midae. nec Delius aures
humanam stolidas patitur retinere figuram,
sed trahit in spatium villisque albentibus implet
instabilesque imas facit et dat posse moveri.
cetera sunt hominis; partem damnatur in unam
induiturque aures lente gradientis aselli.
Ille quidem celat turpique onerata pudore
tempora purpureis tentat velare tiaris.
sed solitus longos ferro resecare capillos
viderat hoc famulus, qui, cum nec prodere visum
dedecus auderet, cupiens efferre sub auras,
nec posset reticere tamen, secedit humumque
effodit et, domini quales aspexerit aures,
voce refert parva terraeque immurmurat haustae;
indiciumque suae vocis tellure regesta
obruit et scrobibus tacitus discedit opertis.

---

76. *barbarico* (= *rustico, quod nullos modulos habebat),* kano frigijski bog pastirâ. — 77. *delenit* = *delectat.* — 79. *ille* sc. Phoebus; *caput fl. vinctus* poradi akuz. v. Pav. 214., Gol. 193. — 80. *palla,* odijelo kitaredâ. — 81. *fidem,* ,kitaru" *insternere ,uresiti'.* — *dent. Indis* = *ebore.* — 82. *a laeva* sc. *parte.* — 83. *status* ,držanje'. — *stamina* = *chordas.* — 85. *summittere* = *postponere.* — 86. *sanctique; que* spaja *iudicium* sa *sententia.* — *sanctus* = *incorruptus.* — 90. *in spatium* — *in longitudinem.* — 92. *partem in unam,* ,samo jednim dijelom'. — 93. *induitur aures* (ak.) Pav. 214, 1. — 94. *pudor,* ,predmet stida, ruglo'. — 96. *ferro i. e. forcipe.* — 98. *cupiens* koncesivno. — 99. *secedit* = *in locum abditum it.* — 101. *haustae* t. j. *effossae.* — *regesta* sc. *in scrobem.*

creber harundinibus tremulis ibi surgere lucus
coepit et, ut primum pleno maturuit anno,
prodidit agricolam; leni nam motus ab austro
obruta verba refert dominique coarguit aures.

17. Keiks i Alkiona.

Alcyone interea tantorum ignara malorum
dinumerat noctes. et iam, quas induat ille,
festinat vestes, iam quas, ubi venerit ille,
ipsa gerat, reditusque sibi promittit inanes.
omnibus illa quidem superis pia tura ferebat,
ante tamen cunctos Iunonis templa colebat
proque viro, qui nullus erat, veniebat ad aras;
utque foret sospes coniunx utque rediret,
optabat, nullamque sibi praeferret. at illi
hoc de tot votis poterat contingere solum.
At dea non ultra pro functo morte rogari
sustinet; utque manus funestas arceat aris,
,Iri, meae' dixit ,fidissima nuntia vocis,
vise soporiferam Somni velociter aulam
exstinctique iube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Alcyonen veros narrantia casus'.
dixerat. induitur velamina mille colorum
Iris et arcuato caelum curvamine signans
tecta petit iussi sub nube latentia regis.

---

106. *agricolam*, ,sijača'. — 107. *coarguit* = *prodit.*

17. 1. *interea*: Keiksu, kralju trahinskomu (u Tesaliji), kad je putovao unatoč odvraćanju svoje žene Alkione do Apolonova proročišta na otoku Klaru, razbije se brod i on se sam potopi. — 2. *dinumerat*, s obzirom na obećanje suprugovo. — 3. *festinat* = *propere parat.* — 6. *Iunonis*, kano zaštitnice braka. — 7. *nullus sum*, gotovo isto što *prorsus perii;* isp. grčko: οὐδείς εἰμι = ὄλωλα. — 10. *hoc*, naime posljednje. t. j. *ut nullam sibi praeferret.* — 12. *funestas manus*, ,nečiste ruke'. Stari držahu za nečisto svaki doticaj s mrtvacem, što je prestalo tek onda, kad je mrtvac bio pokopan i običajno očišćanje bilo obavljeno. — 15. *Ceycis imagine* (abl. qual.) *i. e. somnia, quae imaginem Ceycis simulent.* — 18. *arcuato*, čitaj troslovčano; Pav. Metr. 14, 3. Gol. Metr. 14. — 19 *regis* sc. *somniorum.*

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
mons cavus, ignavi domus et penetralia Somni,
quo numquam radiis oriens mediusve cadensve
Phoebus adire potest. nebulae caligine mixtae
exhalantur humo dubiaeque crepuscula lucis.
non vigil ales ibi cristati cantibus oris
evocat auroram, nec voce silentia rumpunt
sollicitive canes canibusve sagacior anser.
non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
humanaeve sonum reddunt convicia linguae:
muta quies habitat. saxo tamen exit ab imo
rivus aquae Lethes, per quem cum murmure labens
invitat somnos crepitantibus unda lapillis.
ante fores antri fecunda papavera florent
innumeraeque herbae, quarum de lacte soporem
nox legit et spargit per opacas umida terras.
ianua, quae verso stridores cardine reddat,
nulla domo tota; custos in limine nullus;
at medio torus est ebeno sublimis in antro,
plumeus, unicolor, pullo velamine tectus;
quo cubat ipse deus membris languore solutis.
hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana iacent totidem, quot messis aristas
silva gerit frondes, eiectas litus arenas.
Quo simul intravit manibusque obstantia virgo
Somnia dimovit, vestis fulgore reluxit
sacra domus; tardaque deus gravitate iacentes
vix oculos tollens iterumque iterumque relabens

---

20. *Cimmerii* (Κιμμέριοι), mitski narod na kraju zapadnoga (ili sjevernoga) dijela zemlje. — *longo recessu* (abl. qual.), ,duboko prodirući'. — 24. *exhalantur* (predik.) spaja se zeugmatično i sa *crepuscula.* — 25. *ales*, ,pijetao'. — 27. *canibus sagacior anser*, isp. Met. 13, 71. — 29. *convicia* = *clamores.* — 30. *habitat* sc. *ibi.* — 23. *papavera:* mak, noseći san i smrt, simbol je podzemnoga svijeta i posvećen Demetri. — 35. sp. *nox umida.* — 38. *torus*, ,jastuk'. Odar za nj bijaše od crne ebanovine; stoga *ebenus* metonim. za ,sponda ebenina'. — 39. *unicolor, pullus*, boje primjerene mjestu i ukućanima. — 44. *virgo* sc. *Iris.*

summaque percutiens nutanti pectora mento,
excussit tandem sibi se; cubitoque levatus,
quid veniat, — cognovit enim — scitatur. at illa:
‚Somne, quies rerum, placidissime, Somne, deorum,
pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
fessa ministeriis mulces reparasque labori!
Somnia, quae veras aequent imitamine formas,
Herculea Trachine iube sub imagine regis
Alcyonen adeant simulacraque naufraga fingant.
imperat hoc Iuno‘. postquam mandata peregit,
Iris abit; neque enim ulterius tolerare vaporis
vim poterat, labique ut somnum sensit in artus,
effugit et remeat, per quos modo venerat arcus.
  At pater e populo natorum mille suorum
excitat artificem simulatoremque figurae
Morphea. non illo quisquam sollertius alter
exprimit incessus vultumque sonumque loquendi;
adicit et vestes et consuetissima cuique
verba. sed hic solos homines imitatur; at alter
fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens.
hunc Icelon superi, mortale Phobetora vulgus
nominat. est etiam diversae tertius artis
Phantasos. ille in humum saxumque undamque trabemque,
quaeque vacant anima, fallaciter omnia transit.

---

48. sp. *nutanti mento.* — 49. *excussit* isp. v. 106., t. j. san sebe sama trgne od sna. — 50. *quid* ‚čemu, zašto‘. — 51. Opetovani nagovori jesu zato, da se bog napokon sasvim probudi. — 52. *quem* sc. *deum.* — 55. *Herculea* zove se Trahin, jer se ondje pod konac svoga života zadržavao Heraklo. — 56. *simulacra naufraga* = *simul. naufragorum*, ‚slike brodoloma‘. — 58. *vapor*, ovdje: para od bilja, što uspavljuje, isp. v. 33. i dalje. — 60. *remeat* sc. *in caelum.* — 61. *pater* sc. *Somnus.* — 62. *artific. simul. figurae*, etimologično tumačenje i prijevod imena Μορφεύς (od μορφή). — 64. *incessus*: plur. označuje različne načine hoda. — 68. *Icelos* = Εἴκελος (‚Naliković‘); *Phobetor* = Φοβήτωρ (od φοβέω, ‚strašilo‘). Ovidije se povodi ovdje za Homerom, koji također mnogim predmetima daje dvostruka imena, od kojih jedno upotrebljavaju bogovi, drugo ljudi. — 69. *tertius* sc. *filius.* — 70. *Phantasos* od φαντάζω, ‚zaluđujem‘. — *ille* sc. *Phantasos.* — *trabem* = *arborem.* — 71. poređaj: *et (in) omnia fall. transit, quae vacant animâ.*

regibus hi ducibusque suos ostendere vultus
nocte solent, populos alii plebemque pererrant.
praeterit hos senior cunctisque e fratribus unum
Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus
eligit; et rursus molli languore solutus
deposuitque caput stratoque recondidit alto.
  Ille volat nullos strepitus facientibus alis
per tenebras intraque morae breve tempus in urbem
pervenit Haemoniam positisque e corpore pennis
in faciem Ceycis abit; sumptaque figura
luridus, exanimi similis, sine vestibus ullis
coniugis ante torum miserae stetit. uda videtur
barba viri madidisque gravis fluere unda capillis.
tum lecto incumbens fletu super ora profuso
haec ait: „Agnoscis Ceyca, miserrima coniunx?
an mea mutata est facies nece? respice! nosces
inveniesque tuo pro coniuge coniugis umbram.
nil opis, Alcyone, nobis tua vota tulerunt.
occidimus: falso tibi me promittere noli.
nubilus Aegaeo deprendit in aequore navim
auster et ingenti iactatam flamine solvit;
oraque nostra tuum frustra clamantia nomen
implerunt fluctus. non haec tibi nuntiat auctor
ambignus, non ista vagis rumoribus audis:
ipse ego fata tibi praesens mea naufragus edo.
surge, age, da lacrimas lugubriaque indue nec me
indeploratum sub inania Tartara mitte‘.
  Adicit his vocem Morpheus, quam coniugis illa
crederet esse sui. fletus quoque fundere veros
visus erat gestumque manus Ceycis habebat.

---

74. *senior*, ‚starac‘ spoji sa *Somnus.* — 75. *edita* = *mandata.* — *Thaumantidos* = *Iridos* kao kćeri Taumantove). — 77. *stratum*, uzglavnica, jastuk. — 80. *urbem Haem, i. e. Trachina.* — 81. *abit* isp. Met. 2. 67. — *figura* sc. *illius (Ceycis).* — 85. *fletu* = *lacrimis.* — 90. *me i. e. reditum meum;* isp. v. 4. — 93. *ora nostra*, objekt. — 95. *ambiguus.* = *incertus.* — 97. *lugubria indue,* ‚zavi se u crno‘; *lugubria* sc. *vestimenta.* — *nec* = *neve.* — 98. *inania Tartara; inania,* kao prebivalište sjenâ. — 100. *quam . . . crederet*, Pav. 359, 3. Gol. 338, 2. — 101. *manus* sc. *Morphei.*

Ingemit Alcyone, lacrimas movet atque lacertos
per somnum, corpusque petens amplectitur auras
exclamatque ,mane! quo te rapis? ibimus una'.
voce sua specieque viri turbata soporem
excutit, et primo, si sit, circumspicit, illic,
qui modo visus erat; nam moti voce ministri
intulerant lumen. postquam non invenit usquam,
percutit ora manu, laniatque a pectore vestes
pectoraque ipsa ferit. nec crimes solvere curat;
scindit, et altrici, quae luctus causa, roganti
,Nulla est Alcyone, nulla est' ait; occidit una
cum Ceyce suo. solantia tollite verba.
naufragus interiit. vidi agnovique manusque
ad discedentem cupiens retinere tetendi.
umbra fuit; sed et umbra tamen manifesta virique
vera mei. non ille quidem, si quaeris, habebat
assuetos vultus, nec, quo prius ore, nitebat:
pallentem nudumque et adhuc umente capillo
infelix vidi. stetit hoc miserabilis ipso
ece loco' — et quaerit, vestigia si qua supersint.
,Hoc erat, hoc, animo quod divinante timebam,
et ne me fugiens ventos sequerere, rogabam.
at certe vellem, quoniam periturus abibas,
me quoque duxisses. Multum fuit utile tecum
ire mihi: neque enim de vitae tempore quidquam
non simul egissem, nec mors discreta fuisset.
nunc absens perii, iactor quoque fluctibus absens,
et sine me me pontus habet. crudelior ipso
sit mihi mens pelago, si vitam ducere nitar
longius, et tanto pugnem superesse dolori.

102. *movet* uz *lacrimas* u prenes značenju = *effundit* (,roni'). — 106. *et primo circumspicit, si sit illic; si* = εἰ, u istom znač., v. 121. Pav. 365, 2. Gol. 342, 2. — 107. sluge spavale bi kod svijetla u predsoblju gospodarâ. — 111. *altrici*, isp. Hom. Εὐρύκλεια τρόφος — *quae* dod. *sit* — 112. *nulla est*, kao i st. 7: *nullus sum*. — 113. *tollite* = *omittite*. — 121. *vestigia*, naime voda, što je sa tobožnjega Keiksa curila. — 124. *vellem* (ἐβουλόμην) . . . *duxisses*, Pav. 335. Pr. 1. Gol. 313. b. — 127. *non simul* = *sine te*. — 128. *absens*, ,odijeljena'. — 129. *sine me* = *absens*, — 130. *mens*, ,srce'. — *ducere* sc. *tempus*. isp. *bellum ducere, trahere*. — 131. *pugnem* = *coner*. — *superesse*, ,živ ostati', ,nadživjeti'.

sed neque pugnabo nec te, miserande, relinquam
et tibi nunc saltem veniam comes; inque sepulcro,
si non urna, tamen iunget nos littera; si non
ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam'.
plura dolor prohibet verboque intervenit omni
plangor, et attonito gemitus e corde trahuntur.
Mane erat: egreditur tectis ad litus et illum
maesta locum repetit, de quo spectarat euntem.
dumque moratur ibi, dumque ,hic retinacula solvit'
hoc mihi discedens dedit oscula litore' dicit,
prospicit: in liquida spatio distante tuetur
nescio quid quasi corpus aqua, primoque, quid illud
esset, erat dubium. postquam paulum appulit unda,
et, quamvis aberat, corpus tamen esse liquebat;
qui foret, ignorans, quia naufragus, omine mota est:
et, tamquam ignoto lacrimam daret, ,heu! miser', inquit,
,quisquis es, et si qua est coniunx tibi!' fluctibus actum
fit propius corpus. quod quo magis illa tuetur,
hoc minus et minus est mentis.iam iamque propinquae
admotum terrae, iam quod cognoscere posset,
cernit: erat coniux. ,ille est!' exclamat et una
ora, comas, vestem lacerat tendensque trementes
ad Ceyca manus ,sic, o carisime coniunx,
sic ad me, misserande, redis?' ait. adiacet undis
facta manu moles, quae primas aequoris iras
frangit et incursus quae praedelassat aquarum.
insilit huc: mirumque fuit potuisse; volabat:
percutiensque levem modo natis aëra pennis
stringebat summas ales miserabilis undas.
dumque volat, maesto similem plenumque querelae

133. *in sepulcro*, proteže se na *iunget* i *tangam*. — 134. *littera*, ,grobni natpis'. — 142. *tuetur* = *videt*, ,zapazi'. — 145. *quamvis aberat*, isp. Met. 5, 165. — 146. *ignorans*, konces.; sp. *ignorans, qui foret, omine mota est, quia naufragus (erat)*. — *omen:* također novo (zlo) znamenje o smrti njezina supruga. — 148. spoji: *et (misera) coniunx, si qua tibi (coniunx) est*. — 150. *hoc minus* etc. *i. e. hoc (= eo) minus mentis* (svijesti) *ei est*. — 151. *iam quod* = *iam (admotum) ita ut id* vidi naprijed v. 100. — 156. *manu (i. e. arte)*, oppos. *naturâ* — 158. *potuisse* sc. *eam id*. — 161. *maesto* sc. *sono*.

ora dedere sonum tenui crepitantia rostro.
ut vero tetigit mutum et sine sanguine corpus,
dilectos artus amplexa recentibus alis
frigida nequiquam duro dedit oscula rostro.
senserit hoc Ceyx, an vultum motibus undae
tollere sit visus, populus dubitabat; at ille
senserat. et tandem superis miserantibus ambo
alite mutantur, fatis obnoxius isdem
tunc quoque mansit amor, nec coniugiale solutum
foedus in alitibus firmum; fiuntque parentes:
perque dies placidos hiberno tempore septem
incubat Alcyone pendentibus aequore nidis.
tum via tuta maris; ventos custodit et arcet
Aeolus egressu praestatque nepotibus aequor.

18. Boj Ahileja s Kiknom.

Exhortatus equos currum direxit Achilles
in Cycnum ac manibus quassans vibrantia tela,
,Quisquis es, o iuvenis', dixit ,solamen habeto
mortis, ab Haemonio quod sis iugulatus Achille'.
hactenus Aeacides. vocem gravis hasta secuta est.
sed quamquam certa nullus fuit error in hasta,
nil tamen emissi profecit acumine ferri
utque hebeti pectus tantummodo contudit ictu.
,Nate dea, nam te fama praenovimus', inquit
ille ,quid a nobis vulnus miraris abesse?' —
mirabatur enim — ,non haec, quam cernis, equinis
fulva iubis cassis neque onus, cava parma, sinistrae

162. Kljun je vodomara (letke ἀλκυών, *alcedo)* razmjerno prema njegovoj čitavoj veličini predug i preuzak. — 169. *alite mutantur,* pretvaraju se u ptice; (*alite,* kolekt). — 173. *pendentibus aequore nidis:* upravo na morskim grebenima, odakle ih more često splâčê. To dade povoda starima, te vjerovahu, da gnijezda vodomara plove po moru. — 175. *praestare,* ,sigurnim učiniti'. — *nepotibus* Alkiona bila je kći Eolova.

18. 4. *mortis,* kakav genit.? — 5. *Aeacides* = *Achilles* (kao unuk Eakov). — 6. *nullus fuit error in certa hasta,* nikad ne promaši sigurno koplje (Hom: οὐκ ἀφάμαρτε). — 8. *contudit,* ,smlavi, stuče'. — 9. *inquit ille* sc. *Cycnus.* — 10. *quid,* sp. s. *miraris* — *abesse,* ,bježati'. — 11. *equinis iubis* Hom.: κόρυς ἱπποδάσεια. — 12. *cava parma,* apozicija za onus. — *sinistrae,* genit. visi o *onus.*

auxilio mihi sunt: decor est quaesitus ab istis.
Mars quoque ob hoc capere arma solet. removebitur huius
tegminis officium: tamen indestrictus abibo.
est aliquid non esse satum Nereide, sed qui
Nereaque et natas et totum temperat aequor'.
dixit et haesurum clipei curvamine telum
misit in Aeaciden, quod et aes et proxima rupit
terga novena boum, decimo tamen orbe moratum est.
excutit hoc heros rursusque trementia forti
tela manu torsit; rursus sine vulnere corpus
sincerumque fuit; nec tertia cuspis apertum
et se praebentem valuit destringere Cycnum.
haud secus exarsit, quam circo taurus aperto,
cum sua terribili petit irritamina cornu,
phoeniceas vestes elusaque vulnera sensit.
num tamen exciderit ferrum, considerat, hastae:
haerebat ligno. ,manus est mea debilis ergo
quasque' ait ,ante habuit vires, effudit in uno?
hic quoque tot caesis, quorum per litus acervos
et feci et video, valuit mea dextra valetque'.
Dixit et, ante actis veluti male crederet, hastam
misit in adversum Lycia de plebe Menoeten
loricamque simul subiectaque pectora rupit.
quo plangente gravem moribundo vertice terram,
extrahit illud idem calido de vulnere telum
atque ait: ,Haec manus est, haec, qua modo vicimus, hasta;
utar in hoc isdem; sit in hoc, precor, exitus idem'.
sic fatur Cycnumque petit, nec fraxinus errat

14. *ob hoc,* naime: *ob decorem.* — *removebitur,* futur prevodi dopusnom rečenicom. — 16. *est aliquid* = ἔστι τι, ,nešto će reći' = ,jest nešto znamenito'. — *sed* dod. *ab eo* (sc. *satum esse).* Tetida, mati Ahilejeva, bijaše kći Nerejeva, a otac Kiknov bijaše Neptun. — 17. *natas* sc. *Nereï.* — 20. *novena* = *novem,* vidi Met. 14, 22. u koment. Štit Ahilejev sastojaše od deseterostruke volovske kože (σάκος δεκαβόειον), koja bi ozgo pokrivena mjedenom pločom; isp. Hom 20, 268. i dalje; Metam. 19. 2. — *orbe,* poradi okrugline štita. — 23. *apertus,* ,nezaštićen'. — 24. *praebentem* sc. *telis.* — 26. *irritamenta,* ,dražila', naime crvene tkanine (,*phoeniceas vestes*'). — 27. *elusa* (sc. *esse); eludere,* ,izmaknuti, ugnuti se'. — 28. *considerat* sc *Achilles.* — 30. *effundere,* ,iscrpsti, istrošiti'. — 33. *male,* ,slabo'. — 36. *gravis* = *durus.* — 39. *in hoc i. e. in Cycno.* — 40. *fraxinus* ,koplje' (μελίη).

inque umero sonuit non evitata sinistro.
inde velut muro solidaque a caute repulsa est.
qua tamen ictus erat, signatum sanguine Cycnum
viderat et frustra fuerat gavisus Achilles
vulnus erat nullum sanguis fuit ille Menoetae.
tum vero praeceps curru fremebundus ab alto
desilit et nitido securum comminus hostem
ense petens parmam gladio galeamque cavari
cernit, at in duro laedi quoque corpore ferrum.
Haud tulit ulterius clipeoque adversa reducto
ter quater ora viri et capulo cava tempora pulsat
cedentique sequens instat turbatque ruitque
attonitoque negat requiem. pavor occupat illum
ante oculosque natant tenebrae; retroque ferenti
aversos passus medio lapis obstitit arvo.
quem super impulsum resupino pectore Cycnum
vi multa vertit terraeque afflixit Achilles.
tum clipeo genibusque premens praecordia duris
vincla trahit galeae: quae presso subdita mento
elidunt fauces et respiramen iterque
eripiunt animae. victum spoliare parabat:
arma relicta videt. corpus deus aequoris albam
contulit in volucrem, cuius modo nomen habebat.

19. Borba za Ahilejevo oružje.

Consedere duces, et vulgi stante corona
surgit ad hos clipei dominus septemplicis Aiax.

---

41. *sonuit* ‚zazveči'. — 42. *a caute,* praepos. *a* proteže se i na *muro* — 44. *viderat, fuerat gav.*, što označuju pluskvamperfekti? — 48. *parmam* sc. *Cycni.* — *cavari.* = *perforari.* — 50. *reducto,* naime da stim jače udari. — 51. sp. *ora et cava temp. viri capulo pulsat.* — 56. spoji: *super quem* (sc. *lapidem*) *Ach. Cycnum impulsum resupino pectore* (= *corpore*) *multa vi vertit* (= *proicit*) etc. Kikno je naime išao natraške. — 58. *praecordia* = *pectus.* — 59. *vincla,* ‚remen od kacige'. — *trahit* = *attrahit.* — 60. *elidere fauces,* ‚sapeti grlo' = ‚zagušiti'. — 61. *animae* (dah) je dativ. — 62. *relicta* sc. *a corpore.* — 63. *contulit* = *convertit.*

19. 1. *duces* βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνες; *vulgus* ‚λαοί'. — *corona,* često o krugu slušalaca. — 2. *surgit ad hos* = τοῖσι δ' ἀνέστη (Hom.). — *clipei dominus* σακεσφόρος (Hom.). — *septemplicis,* kod Hom. ἑπταβόειον, Soph. (Aiax 576) ἑπτάβοιον ἄρρηκτον σάκος; isp. Met. 18. v. 20.

utque erat impatiens irae, Sigeïa torvo
litora respexit classemque in litore vultu
intendensque manus ‚agimus, pro Iuppiter!' inquit
‚ante rates causam, et mecum confertur Ulixes?
at non Hectoreis dubitavit cedere flammis,
quas ego sustinui, quas hac a classe fugavi.
tutius est igitur fictis contendere verbis,
quam pugnare manu! sed nec mihi dicere promptum,
nec facere est isti: quantumque ego Marte feroci
quantum acie valeo, tantum valet iste loquendo.
nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi,
esse reor; vidistis enim: sua narret Ulixes,
quae sine teste gerit, quorum nox conscia sola est.
praemia magna peti fateor; sed demit honorem
aemulus. Aiaci non est tenuisse superbum,
sit licet hoc ingens, quiquid speravit Ulixes.
iste tulit pretium iam nunc certaminis huius:
quo cum victus erit, mecum certasse feretur.
atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,
nobilitate potens essem, Telamone creatus,
moenia qui forti Troiana sub Hercule cepit
litoraque intravit Pagasaea Colcha carina.
Aeacus huic pater est, qui iura silentibus illic
reddit, ubi Aeoliden saxum grave Sisyphon urget.
Aeacon agnoscit summus prolemque fatetur
Iuppiter esse suam: sic ab Iove tertius Aiax.
nec tamen haec series in causam prosit, Achivi,
si mihi cum magno non est communis Achille.
frater erat: fraterna peto. quid sanguine cretus

---

3. *impat. irae* Pav. 242. Gol. 332, 3. bilj. 2. — 6. *ante rates,* ‚na očigled brodovlja'. — *confertur mecum* (συνίσταται ἐμοί), natječe se, bori. — 7. *Hectoreis* (adjekt.) *flammis* v. M. 2, 3. — 9. *fictis verbis,* s obzirom na πολύμητις 'Οδυσσεύς. — 16. *demit honorem* sc. *praemiis;* jer Ajant drži Uliksa za nedostojna i sebi neravna takmaca. — 17. *non est superbum,* ‚nije slavno'. — *tenuisse* = *obtinuisse.* — 20. *quo* = *nam eo.* — *feretur* = *dicetur.* — 22. *potens sum* kud i kamo nadvisujem. — *creatus,* kauzalno. Otac Ajantov Telamon i Pelej, otac Ahilejev, bijahu sinovi Ajakovi. Telamon bijaše također Argoplovac. — 24. *Pagasaeâ carinâ,* brod Arga; *Pagasae,* luka u u Tesaliji, gdje su se ukrcali Argoplovci ploveći u Kolhidu po zlatno runo. Ispor. Met. 11. — 25. *silentibus* sc. *umbris.* — *iura reddit,* ‚dijeli (kroji) pravo'. — Ajant pominje Sizifa, da se naruga Uliksu, kojega neki držahu za sina Sizifova. — *series* sc. *maiorum.* — 31. *frater,* upravo samo *patruelis.*

Sisyphio furtisque et fraude simillimus illi
inserit Aeacidis alienae nomina gentis?
an quod in arma prior nulloque sub indice veni,
arma neganda mihi? potiorque videbitur ille,
ultima qui cepit detractavitque furore
militiam ficto, donec sollertior isto,
sed sibi inutilior timidi commenta retexit
Naupliades animi vitataque traxit ad arma?
optima num sumat, quia sumere noluit ulla?
nos inhonorati et donis patruelibus orbi,
obtulimus quia nos ad prima pericula, simus?
atque utinam aut verus furor ille aut creditus esset,
nec comes hic Phrygias umquam venisset ad arces
hortator scelerum! non te, Poeantia proles,
expositum Lemnos nostro cum crimine haberet!
qui nunc, ut memorant, silvestribus abditus antris
saxa moves gemitu Laërtiadaeque precaris.
quae meruit; quae, si di sunt, non vana precaris.
et nunc ille eadem nobis iuratus in arma,
heu! pars una ducum, quo successore sagittae
Herculis utuntur, fractus morboque fameque
velaturque aliturque avibus volucresque petendo
debita Troianis exercet spicula fatis.
ille tamen vivit, quia non comitavit Ulixen:
mallet et infelix Palamedes esse relictus,
[viveret, aut certe letum sine crimine haberet.]
quem male convicti nimium memor iste furoris
prodere rem Danaam finxit fictumque probavit
crimen et ostendit, quod iam praefoderat, aurum.

32. *illi* sc. *Sisypho.* — 33. *Aeacidis* = *Aeaci nepotibus;* pri njima neka ostane oružje! — 34. *in arma* = *ad bellum.* — *sub,* ‚povodom‘. — 36. *ultima* (sc. *arma*), ‚pod konac‘. — 37. *sollertior,* naime Palamed, sin Nauplijev. — 40. *optima* sc, *arma.* — 45. *Poeant. proles i. e. Philoctetes,* sin Pejantov. — 48. *precari alicui uliquid,* ‚željeti komu što‘. — 50. *ille* sc. *Philoctetes.* — *eadem nobis* = ταὐτὰ ἡμῖν. Musić grč. sl. 413, 3. — 51. *una pars* = *unus.* — *successore utuntur,* imadu za nasljednika Pav. 248, 2, Bilj. 1. Gol. 230, Bilj. 1. — 53. *velatur avibus* mj. *avium pennis* (*brahil.*). — 54. *debita Tr. fatis,* po nekom proročanstvu morala je Troja pasti od strjelica Heraklovih. — 55. *comitavit,* v. Met. 13. 79. — 58. *male,* ‚na nesreću‘ (Palameda, Uliksa i svih Grka.) — 59. i

ergo aut exsilio vires subduxit Achivis
aut nece: sic pugnat, sic est metuendus Ulixes.
qui licet eloquio fidum quoque Nestora vincat,
haud tamen efficiet, desertum ut Nestora crimen
esse rear nullum. qui cum inploraret Ulixen
vulnere tardus equi fessusque senilibus annis,
proditus a socio est. non haec mihi crimina fingi
scit bene Tydides, qui nomine saepe vocatum
corripuit trepidoque fugam exprobravit amico.
aspiciunt oculis superi mortalia iustis:
en eget auxilio, qui non tulit, utque reliquit,
sic linquendus erat: legem sibi dixerat ipse.
conclamat socios. adsum videoque trementem
pallentemque metu et trepidantem morte futura.
opposui mollem clipei texique iacentem
servavique animam — minimum est hoc laudis — inertem.
si perstas certare, locum redeamus in illum:
redde hostem vulnusque tuum solitumque timorem.
post clipeumque late et mecum contende sub illo.
at postquam eripui, cui standi vulnera vires
non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.
Hertor adest secumque deos in proelia ducit:
quaque ruit, non tu tantum terreris, Ulixe,
sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.
sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.
hunc ego sanguineae successu caedis ovantem
eminus ingenti resupinum pondere fudi,
hunc ego poscentem, cum quo concurreret, unus

60. Odisej osveti se Palamedu, jer je taj otkrio njegovo hinjeno ludilo (*convicti furoris*), tim, što ga je okrivio, da je podmićen od Trojanaca, te za dokaz tomu iskopao iz zemlje zlato, koje bijaše prije sâm u Palamedovu šatoru zakopao. Palameda nato ubiše Grci. — 61. *exsilio sc. Philoctetae.* — 62. *nece* sc. *Palamedis.* — 64. Spoji: *ut rear nullum esse crimen, Nestora* (*ab eo*) *desertum esse.* Kad je jednom Hektor natjerao Grke u bijeg, dođe Nestor, čiji konj bijaše ranjen, u veliku pogibao, te dozivaše uzalud u pomoć Odiseja. Nestora spase tada Diomed (Tydides v. 68). — 67. *mihi* = *a me.* — 69. *corripuit* ‚ukori, opsova‘. — 71. *reliquit* sc. *Nestora.* — 74. *futurus,* ‚prijeteći‘. — 75. *molem clipei* = *ingentem clipeum.* — 78. *redde,* ‚dovedi opet ovamo‘. — *late, imperativ.* — 80. *eripui* sc. *eum.* — 82. *deos,* misli Apolona. — 84. *trahit,* naime ‚sa sobom‘. — 85. *hunc i. e. Hectora.* — 86. *pondere* sc. *lapidis.* — 87. *unus,* t. j. ja jedini u dvoboju s njim.

sustinui. sortemque meam vovistis, Achivi,
et vestrae valuere preces. si quaeritis huius
fortunam pugnae, non sum superatus ab illo.
ecce ferunt Troës ferrumque ignesque Iovemque
in Danaas classes. ubi nunc facundus Ulixes?
nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
spem vestri reditus. date tot pro navibus arma!
quod si vera licet mihi dicere, quaeritur istis,
quam mihi, maior honos, coniunctaque gloria nostra est,
atque Aiax armis, non Aiaci arma petuntur.
conferat his Ithacus Rhesum inbellemque Dolona
Priamidenque Helenum rapta cum Pallade captum:
luce nihil gestum, nihil est Diomede remoto.
si semel ista datis meritis tam vilibus arma,
dividite, et pars sit maior Diomedis in illis.
quo tamen haec Ithaco, qui clam, qui semper inermis
rem gerit et furtis incautum decipit hostem?
ipse nitor galeae claro radiantis ab auro
insidias prodet manifestabitque latentem.
sed neque Dulichius sub Achillis casside vertex
pondera tanta feret, nec non onerosa gravisque
Pelias hasta potest inbellibus esse lacertis,
nec clipeus vasti caelatus imagine mundi
conveniet timidae nataeque ad furta sinistrae.
debilitaturum quid te petis, improbe, munus?
quod tibi si populi donavarit error Achivi,

88. *sortemque meam vovistis*, t. j. željeli ste, da na mene padne kocka, da se bijem s Hektorom. — 92. *facundus* (ironično), ‚brbljav'. — 95. *istis* (sc. *armis*), dat. commodi. Smisao je: ja ću više biti oružju na čast, nego oružje meni. — 96. *coniunctaque gloria nostra est i. e. mea et armorum gloria eadem est.* — 98. *his* sc. *rebus a me gestis.* — 99. *Pallas*, metonim. za ‚*palladium*' (= *simulacrum Palladis).* Taj ukradoše noću iz Troje Odisej i Diomed, jer je o njegovu posjedu visjela sudbina Troje. — 102. *quo* ‚čemu'; *haec* sc. *arma; Ithaco* (dat. commodi). — 104. *furtis* = *dolis.* — 107. *Dulich. vertex* = *caput Ulixis.* — Nedaleko od Itake bijaše otok Dulihij, koji također potpadaše pod vlast Odisejevu. — 108. spoji: *nec potest non onerosa gravisque esse Pelias hasta,* niti može a da ne bude teretno i teško pelijsko koplje etc. — 110. *caelatus imagine mundi*, ‚urešen slikom svijeta'. — 112. spoji; *improbe, quid petis munus te* (obj.) *debilitaturum?*

cur spolieris, erit, non cur metuaris ab hoste;
et fuga, qua sola cunctos, timidissime, vincis,
tarda futura tibi est gestamina tanta trahenti.
adde, quod iste tuus, tam raro proelia passus
integer est clipeus. nostro, qui tela ferendo
mille patet plagis, novus est successor habendus.
denique, quid verbis opus est? spectemur agendo!
arma viri fortis medios mittantur in hostes:
inde iubete peti et referentem ornate relatis'.
  Finierat Telamone satus vulgique secutum
ultima murmur erat, donec Laërtius heros
astitit atque oculos paulum tellure moratos
sustulit ad proceres exspectatoque resolvit
ora sono; neque abest facundis gratia dictis.
‚Si mea cum vestris valuissent vota, Pelasgi,
non foret ambiguus tanti certaminis heres
tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille.
quem quoniam non aequa mihi vobisque negarunt
fata', — manuque simul veluti lacrimantia tersit
lumina — ‚quis magno melius succedet Achilli,
quam per quem magnus Danais successit Achilles?
huic modo ne prosit, quod, uti est, hebes esse videtur,
neve mihi noceat, quod vobis semper, Achivi,
profuit ingenium, meaque haec facundia, si qua est,
quae nunc pro domino, pro vobis saepe locuta est,
invidia careat, bona nec sua quisque recuset.
nam genus et proavos et quae non fecimus ipsi,
vix ea nostra voco. sed enim, quia rettulit Aiax
esse Iovis pronepos, nostri quoque sanguinis auctor

114. *erit* subj. *munus,* a kao predik. treba u misli potpuniti: *causa* — 116. *trahere,* ‚(teškom mukom) vući za sobom'. — 118. *ferendo* = *perferendo.* — 120. *spectemur agendo,* ‚ogledajmo se činom'. — 122. *peti* i *referentem* treba potpuniti sa ‚*arma*'. — *relatis* sc. *armis.* — 125. *astitit* ‚ἀνέστη'. — 127. *sono* (dat. final.) = *in sonum.* — 129, *ambiguus,* ‚neizvjestan, dvojben'. — 130. *tuis armis* treba iz *poteremur* potpuniti *potereris.* — Oblik *poteremur* po 3. konjugaciji — *Achille,* Pav. 56. 3. b. Gol. 58, 4. b. — 135. *huic* sc. *Aiaci.* — *ut est,* ‚kako zaisto jest', — 138. *pro domino* sc. *suo,* za svog vlasnika t. j. za mene. — 139. *bona* , . . *recuset,* ‚svojih vrlina neka nitko ne niječe'. — *nec* = *neve.* — 140. *fecimus,* ‚stekosmo, stvorismo'. — 142. *esse pronepos* (grecizam), mjesto?

*

Iuppiter est totidemque gradus distamus ab illo.
nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi,
Iuppiter huic, neque in his quisquam damnatus et exsul.
est quoque per matrem Cyllenius addita nobis
altera nobilitas: deus est in utroque parente.
sed neque materno quod sum generosior ortu,
nec mihi quod pater est fraterni sanguinis insons,
proposita arma peto. meritis expendite causam,
dummodo, quod fratres Telamon Peleusque fuerunt,
Aiacis meritum non sit, nec sanguinis ordo,
sed virtutis honor spoliis quaeratur in istis.
aut si proximitas primusque requiritur heres,
est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi.
quis locus Aiaci? Phthiam haec Scyrumve ferantur!
nec minus est isto Teucer patruelis Achilli.
num petit ille tamen? num, si petat, auferat illa?
ergo operum quoniam nudum certamen habetur,
plura quidem feci, quam quae comprendere dictis
in promptu mihi sit: rerum tamen ordine ducar.
praescia venturi genetrix Nereïa leti
dissimulat cultu natum; et deceperat omnes,
in quibus Aiacem, sumptae fallacia vestis.
arma ego femineis animum motura virilem
mercibus inserui. neque adhuc proiecerat heros

145. *damnatus et exsul:* tim riječima odbija Odisej osvadu Ajantovu radi Sizifa te šiba njima samoga Ajanta, budući da je Ajantov otac Telamon bio prognan od Eaka, što je ubio brata svoga Foka. — 146. *Cyllenius* (Merkur); Odisejeva majka Antikleja bijaše kći Autolika, sina Merkurova; gora Cyllene u Arkadiji bijaše rodno mjesto Merkurovo. — 147. *deus = divinum genus.* — 149. v. primjedbu k st. 145. — 151. *fratres, predikat.* — 152. *dummodo non = dummodo ne.* — *sanguinis ordo, niz predaka.* — 153. *honor, odlika, nagrada; spolia = arma, virtus,* ‚zaslužan rad, zasluga'. — *quaeratur = respiciatur.* — 155. *est = vivit; Pyrrhus,* drugim imenom *‚Neoptolemus'.* — *illi* sc. *Achilli.* Pelej življaše u Ftiji, a Pir na otoku Skiru. — 157. *Teucer;* taj bijaše sin Telamona i Hezione, a polubrat Ajantov. — *isto* (abl. comp.) *i. e. Aiace.* — 158. *illa* sc. *spolia.* — 159. *operum,* dakle ne: *‚generis'.* — *nudum = solum.* — 161. *ordine ducar = ordinem sequar.* — 162. *Nereïa i. e. Thetis.* — 163. *dissimulat cultu (= veste muliebri) natum:* Tetida sakrivaše Ahileja u ženskom odijelu na otoku Skiru (kod kralja Likomeda). Nestor i Odisej otkriše varku. — 165. *femineis mercibus,* koje poslanici donesoše na dar kćerima Likomedovim.

virgineos habitus, cum parmam hastamque tenenti
‚Nate dea', dixi ‚tibi se peritura reservant
Pergama! quid dubitas ingentem evertere Troiam?'
iniecique manum fortemque ad fortia misi.
ergo opera illius mea sunt: ego Telephon hasta
pugnantem domui victum orantemque refeci.
quod Thebae cecidere, meum est; me credite Lesbon,
me Tenedon Chrysenque, et Cillan, Apollinis urbes,
et Scyrum cepisse; mea concussa putate
procubuissse solo Lyrnesia moenia dextra,
utque alios taceam, qui saevum perdere posset
Hectora, nempe dedi: per me iacet inclitus Hector.
illis haec armis, quibus est inventus Achilles,
arma peto: vivo dederam, post fata reposco.
ut dolor unius Danaos pervenit ad omnes,
Aulidaque Euboïcam complerunt mille carinae,
exspectata diu, nulla aut contraria classi
flamina erant, duraeque iubent Agamemmnona sortes
immeritam saevae natam mactare Dianae.
denegat hoc genitor divisque irascitur ipsis
atque in rege tamen pater est. ego mite parentis
ingenium verbis ad publica commoda verti.
hanc equidem fateor, fassoque ignoscat Atrides,
difficilem tenui sub iniquo iudice causam.
hunc tamen utititas populis fraterque datique
summa movet sceptri, laudem ut cum sanguine penset.
mittor et ad matrem, quae non hortanda, sed astu

167. *parmam hastamque tenenti:* budući da je Ahilej odmah grabio za oružje, spozna ga Odisej. — 168. *tibi se reservant,* da bude od tebe zauzet. — 170. *inicere manum* (rimski sudbeni izraz), ‚polažući ruke na nešto priznati to svojim'. — *fortia* sc. *facta.* — 171. *illius* sc. *Achillis.* — 175. *Scyrum,* grad u Frigiji. — *meâ* sp. s *dextrâ.* — 177. *qui = eum (i. e. Achillem) qui.* — 179. spoji: *illis armis* (abl. instr.), *quibus ... Achilles, haec arma peto.* — 180. *vivo dederam* etc. Smisao: živu dao sam oružje u ruke (dovedavši ga naime pod Troju), a sada zahtijevam oružje mrtva. — *post fata* (eufemizam) = *post mortem.* — 181. *unius i. e.* Menelaja poradi ugrabljene mu žene. — 182. *Aulida Euboïcam, Aulidu,* što leži naprotiv Eubeje. — 184. *sortes,* rijek, proročanstvo Kalhantovo. — 187. *mite* sc. *in filiam.* — 190. *tenere = vincere,* ‚obraniti, pobjediti'. — *iniquo (quia iudex pater erat),* ‚pristran'. — 192. *pensare,* ‚otkupiti'. — *summa sceptri = summa imperii.* — 193. *ad matrem,* naime, da dovedem Ifige-

decipienda fuit. quo si Telamonius isset,
orba suis essent etiam nunc lintea ventis.
mittor et Iliacas audax orator ad arces,
visaque et intrata est altae mihi curia Troiae:
plenaque adhuc erat illa viris. interritus egi,
quam mihi mandarat communem Graecia causam,
accusoque Parin, praedamque Helenamque reposco
et moveo Priamum Priamoque Antenora iunctum.
at Paris et fratres et qui rapuere sub illo,
vix tenuere manus — scis hoc, Menelaë — nefandas, —
primaque lux nostri tecum fuit illa pericli.
longa referre mora est, quae consilioque manuque
utiliter feci spatiosi tempore belli.
post acies primas urbis se moenibus hostes
continuere diu, nec aperti copia Martis
ulla fuit: decimo demum pugnavimus anno.
quid facis interea, qui nil nisi proelia nosti?
quis tuus usus erat? nam si mea facta requiris,
hostibus insidior, fossas munimine cingo,
consolor socios, ut longi taedia belli
mente ferant placida, doceo, quo simus alendi
armandique modo; mittor, quo postulat usus.
ecce Iovis monitu, deceptus imagine somni,
rex iubet incepti curam dimittere belli.
ille potest auctore suam defendere vocem.
non sinat hoc Aiax delendaque Pergama poscat,

niju u Aulidu. — *astu decipienda:* Odisej prevari mater Ifigenijinu rekavši joj, da If. mora onamo, jer će se udati za Ahileja. — 195. *suis* = *secundis.* — 196. *orator,* poklisar. — 197. *mihi* = *a me.* — 200. *praedam,* t. j. blago, što ga Paris oteo u Sparti. — 201. *iunctus,* ‚rođak'. Antenor imađaše sestru Hekubinu za ženu. — 202. *sub illo* = *illo duce.* — 203. *tenuere* = *abstinuere (a nobis).* — 204. *prima lux* (prvi dan) u opreci prema osvadi Ajantovoj (v. 100): *luce nihil gestum.* — *nostri tecum pericli,* ‚naše zajedničke pogibli'. — 205. *longa m. est,* Pav. 332, 2. Gol. 311, 2. — *consilioque manuque,* ‚tvorom i zborom'. — 207. *acies,* ‚kreševo' — 208. *copia* = *facultas;* dok je naime vojevao Ahilej, nijesu se usudili Trojanci u otvoren boj. — 209. *pugnavimus* sc. *aperto Marte.* — 211. *quis tuus usus,* koja korist od tebe. — 212. *fossas mun. cingo:* za taj čin Odisejev ne zna ništa Homer, dapače u Ilijadi 7, 337. govori Nestor o utvrdama tabora. — 215. *usus,* ‚potreba'. — 216. isp. Il. 2, 1. i dalje. — *rex i. e; Agamemnon.* — 218. *ille* sc. *rex.* — *auctore* sc. *Jove.* — 219. *non sinat hoc A.,* ‚ali toga ne smije dopustiti Ajant!' etc. Konjuktivi znače ironičku zapovijed.

quodque potest, pugnet! cur non remoratur ituros?
cur non arma capit, dat, quod vaga turba sequatur?
non erat hoc nimium numquam nisi magna loquenti.
quid, quod et ipse fugit? vidi, puduitque videre,
cum tu terga dares inhonestaque vela parares.
nec mora, ‚Quid facitis? quae vos dementia' dixi
‚concitat, o socii, captam dimittere Troiam?
quidve domum fertis decimo, nisi dedecus, anno?'
talibus atque aliis, in quae dolor ipse disertum
fecerat, aversos profuga de classe reduxi.
convocat Atrides socios terrore paventes
nec Telamoniades etiam nunc hiscere quidquam
audet. at ausus erat regas incessere dictis
Thersites, etiam per me haud impune, protervis.
erigor et trepidos cives exhortor in hostem
amissamque mea virtutem voce repono.
tempore ab hoc quodcumque potest fecisse videri
fortiter iste, meum est, qui dantem terga retraxi.
denique de Danais quis te laudatve petitve?
at sua Tydides mecum communicat acta,
me probat et socio semper confidit Ulixe.
est aliquid, de tot Graiorum milibus unum
a Diomede legi! nec me sors ire iubebat:
sic tamen et spreto noctisque hostisque periclo
ausum eadem, quae nos, Phrygia de gente Dolona
interimo: non ante tamen, quam cuncta coëgi
prodere, et edidici, quid perfida Troia pararet.
omnia cognoram nec, quod specularer, habebam,
et iam promissa poteram cum laude reverti:
haud contentus eo petii tentoria Rhesi

221. *dat.* sc. *exemplum.* — 222. *erat nimium* ‚bilo bi suviše' *magna loqui* μεγάλα λέγειν hvaliti, hvastati se. — 223. *puduit* sc. *me.* — 225. *nec mora,* ‚smjesta' isp. Met. 4, 57. — 226. *concitat dimittere,* grecizam, mjesto? — *captam* = *paene expugnatam.* — 229. *aversos* = *in fugam versos.* — *profugus* ‚pripravan na bijeg'. — 231. *hiscere,* χαίνειν, ‚otvori usta' (da što progovori). — 233. poradi stvari isp. Iliad. 2, 211 i dalje. — 236. spoji: *quodcumque iste* (i. e. Aiax) *potest videri fecisse,* etc. — 238. *petit* naime kano druga i prijatelja. — 241. *est aliquid,* isp. Met. 18, 16. — 242. *legi* = *elegi.* — 243. *sic tamen* = ἀλλὰ καὶ ὥς. — 248. *promissa,* s obzirom na obećanje Nestorovo, Hom. Iliad. 10, 212.

inque suis ipsum castris comitesque peremi.
atque ita captivo victor votisque potitus
ingredior curru laetos imitante triumphos.
cuius equos pretium pro nocte poposcerat hostis,
arma negate mihi, fueritque benignior Aiax!
quid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro
devastata meo? cum multo sanguine fudi
Coeranon Iphitiden et Alastoraque Chromiumque
Alcandrumque Haliumque Noëmonaque Prytanimque,
exitioque dedi cum Chersidamante Thoona
et Charopem fatisque immitibus Ennomon actum,
quique minus celebres nostra sub moenibus urbis
procubuere manu. sunt et mihi vulnera, cives,
ipso pulchra loco. nec vanis credite verbis:
aspicite en!‘ vestemque manu diduxit et ‚Haec sunt
pectora semper‘ ait ‚vestris exercita rebus.
at nil impendit per tot Telamonius annos
sanguinis in socios et habet sine vulnere corpus
quid tamen hoc refert, si se pro classe Pelasga
arma tulisse refert contra Troasque Iovemque?
confiteorque, tulit: neque enim benefacta maligne
detractare meum est. sed ne communia solus
occupet atque aliquem vobis quoque reddat honorem.
reppulit Actorides sub imagine tutus Achillis
Troas ab arsuris cum defensore carinis.
ausum etiam Hectoreis solum concurrere telis
se putat oblitus regisque ducumque meique,

250. kod Homera ubi Reza Diomed. — 251. *captivo* sp. s *curru* (zavisno od *potitus* kao i *votis*). — 252. *imitante triumphos* svečan ophod u triumfu ne bijaše u običaju kod Grkâ. — 253. poređaj: *negate mihi arma* (eius i. e. Achillis), *cuius equos hostis* (sc. Dolon) *pretium pro nocte poposcerat.* — 254. *fuerit* (fut. II.) *benignior Aiax,* podrugljivo na stih 102. gdje Ajant predlaže (premda u šali), da se podijeli oružje među Odiseja i Diomeda. — 263. *ipso loco,* ‚već samim mjestom časna‘, t. j. na prsima. — *nec vanis* — *et non v.* — 265. *exercita* isp. Met. 5, 248. *vestris rebus* = *vobis et saluti vestrae.* — 268. i 269. *rēfert* i *rĕfert* igra riječima; prvo bezlično, drugo lično — 271 *communia,* ‚zajedničke čine‘. — 273. *Actorides* = *Patroclus.* — 274. *arsuris cum defensore,* ‚koje već zajedno sa svojim (tobožnjim) braniteljem (sc. Ajantom) bijahu u plamenu‘. — 276. *regis* sc. *Agamemnonis.* — *ducum* sc. *aliorum.*

nonus in officio et praelatus munere sortis.
sed tamen eventus vestrae, fortissime, pugnae
quis fuit? — Hector abit violatus vulnere nullo.
me miserum, quanto cogor meminisse dolore
temporis illius, quo Graium murus, Achilles
procubuit! nec me lacrimae luctusque timorque
tardarunt, quin corpus humo sublime referrem.
his umeris, his, inquam, umeris ego corpus Achillis
et simul arma tuli: quae nunc quoque ferre laboro.
sunt mihi, quae valeant in talia pondera, vires
est animus certe vestros sensurus honores.
scilicet idcirco pro nato caerula mater
ambitiosa suo fuit, ut caelestia dona,
artis opus tantae, rudis et sine pectore miles
indueret? neque enim clipei caelamina novit,
Oceanum et terras cumque alto sidera caelo
Pleïadasque Hyadasque immunemque aequoris Arcton
diversasque feras nitidumque Orionis ensem.
[postulat, ut capiat, quae non intellegit, arma.]
quid, quod me duri fugientem munera belli
arguit incepto serum accessisse labori
nec se magnanimo maledicere sentit Achilli?
si simulasse vocas crimen, simulavimus ambo;
si mora pro culpa est, ego sum maturior illo;
me pia detinuit coniunx, pia mater Achillem:
primaque sunt illis data tempora, cetera vobis.
haud timeo, si iam nequeam defendere crimen
cum tanto commune viro. deprensus Ulixis
ingenio tamen ille; at non Aiacis Ulixes.
neve in me stolidae convicia fundere linguae
admiremur eum, vobis quoque digna pudore
obicit. an falso Palameden crimine turpe est

277. *in officio,* ‚nudeći se‘. — *munere* = *beneficio.* — 280. isp. Hom.: ὤ μοι ἐγὼ δειλός! — 281. *Graiûm murus,* isp. grčko πύργος ἕρκος Ἀχαιῶν. — 283. *sublime* = *sublatum.* — 285. *laboro* = *cupio et contendo.* — 286. *in,* ‚za‘. — 288. *caerula mater* = *Thetis.* — 290. *sine pectore,* ‚bez srca‘. — 294. *feras* zvijeri zodijaka (suncopasa). — 297. *labor* = *bellum* isp. πόνος = πόλεμος. — 300. *illo* sc. *Achille.* — 302. *illis i. e. matri et coniugi.* — 306. *neve* = et ne. — 308. spoji: *an mihi turpe est Palameden falso crim. accusasse, vobis decor. est damnasse* (sc. *Palameden*).

accusasse mihi, vobis damnasse decorum?
sed neque Naupliades facinus defendere tantum
tamque patens valuit, nec vos audistis in illo
crimina: vidistis praestoque obiecta patebant.
nec Poeantiaden quod habet Vulcania Lemnos,
esse reus merui; factum defendite vestrum:
consensistis enim; nec me suasisse negabo,
ut se subtraheret bellique viaeque labori
tentaretque feros requie finire dolores.
paruit et vivit. non haec sententia tantum
fida, sed et felix, cum sit satis esse fidelem.
quem quoniam vates delenda ad Pergama poscunt,
ne mandate mihi: melius Telamonius ibit
eloquioque virum morbisque iraque furentem
molliet, aut aliqua producet callidus arte.
ante retro Simoïs fluet et sine frondibus Ide
stabit et auxilium promittet Achaïa Troiae,
quam, cessante meo pro vestris pectore rebus,
Aiacis stolidi Danais sollertia prosit.
sis licet infestus sociis regique mihique,
dure Philoctete, licet exsecrere meumque
devoveas sine fine caput cupiasque dolenti
me tibi forte dari nostrumque haurire cruorem:
utque tui mihi, sic fiat tibi copia nostri.
te tamen aggrediar, mecumque reducere nitar:
tamque tuis potiar, faveat Fortuna, sagittis,
quam sum Dardanio, quem cepi, vate potitus,
quam responsa deum Troianaque fata retexi,

---

311. *tamque patens* = *tam apertum.* — 312. *obiecta* (sc. *oculis*) = *manifesta.* — 317. *feros dolores* isp. νόσον ἀγρίαν (Soph. Phil. 167). — 318. *sententia* = *consilium.* — 319. *felix,* spasonosan. — 321. *ne mandate,* sc. *ut eum adducam.* — 323. *producet* sc. *ex antris.* Ovidije izriče unaprijed ono, što se tek poslije dogodilo. — 324. *Simois* rijeka, *Ide,* brdo kod Troje. — 326. *pectore* = *ingenio.* — 329. *Philoctete*: vlastita imena grčka na -ης *(es)* imadu vok. na *es* i *e,* Pav. 56, 3, b. Gol. 58, 4. b. *exsecrere* = *exsecreris.* — 331. *tibi dari,* ‚da ti dopadnem ruku'. — 332. *tui, nostri* (= *mei*) *copia,* ‚vlast nad tobom, nada mnom'. — 334. *faveat* = *dummodo fav.* — 335. *Dardan. vates,* t. j. Helen, sin Prijamov. — 336. *responsa* = *oracula:* „da će naime za gubitkom paladija slijediti propast grada".

quam rapui Phrygiae signum penetrale Minervae
hostibus e mediis: et se mihi conferat Aiax?
nempe capi Troiam prohibebant fata sine illo.
fortis ubi est Aiax? ubi sunt ingentia magni
verba viri? cur hic metuis? cur audet Ulixes
ire per excubias et se committere nocti
perque feros enses non tantum moenia Troum,
verum etiam summas arces intrare suaque
eripere aede deam raptamque afferre per hostes?
quae nisi fecissem, frustra Telamone creatus
gestasset laeva taurorum tergora septem.
illa nocte mihi Troiae victoria parta est:
Pergama tunc vici, cum vinci posse coëgi.
desine Tydiden vultuque et murmure nobis
ostentare meum: pars est sua laudis in illo.
nec tu, cum socia clipeum pro classe tenebas,
solus eras: tibi turba comes, mihi contigit unus.
qui nisi pugnacem sciret sapiente minorem
esse nec indomitae deberi praemia dextrae,
ipse quoque haec peteret; peteret moderatior Aiax
Eurypylusque ferox claroque Andraemone natus;
nec minus Idomeneus patriaque creatus eadem
Meriones, peteret maioris frater Atridae.
quippe manu fortes nec sunt mihi Marte secundi:
cousiliis cessere meis. tibi dextera bello
utilis; ingenium est, quod eget moderamine nostro.
tu vires sine mente geris; mihi cura futuri;
tu pugnare potes; pugnandi tempora mecum
eligit Atrides; tu tantum corpore prodes,
nos animo; quantoque, ratem qui temperat, anteit

---

337. *signum penetrale,* ‚kip, što bijaše u hramu'. — 339. *sine illo i. e. signo.* — 345. *deam* = *simulacrum deae (Minervae).* — 347. *taurorum t. septem;* isp. v. 2. — 348. *mihi* = *a me.* — 351. *meum,* moga prijatelja — *pars sua,* dio, koji njemu pripada; *in illo est* = *eius est* (ostaje mu netaknut). — 353. *unus,* naime kao pratilac. — 354. *qui i. e. Diomedes.* — *pugnacem minorem esse sapiente,* da borac manje vrijedi od umnika. — 356. *haec* sc. *arma.* — *moderatior Aiax,* t. j. sin Oilejev. — 357. *Andraemone natus,* sc. Thoas, vođ Etoljana. — 358. *patriâ eadem,* sc. *Cretâ.* — 359. *maioris* (sc. *natu*) *frater Atridae* i. e. Menelaus. — 362. *ingenium* sc. *tuum.* = 366, *anteit,* čitaj dvosložno.

remigis officium, quanto dux milite maior:
tantum ego te supero, nec non in corpore nostro
pectora sunt potiora manu: vigor omnis in illis.
at vos, o proceres, vigili date praemia vestro,
proque tot annorum cura, quibus anxius egi,
hunc titulum meritis pensandum reddite nostris.
iam labor in fine est; obstantia fata removi
altaque posse capi faciendo Pergama cepi.
per spes nunc socias casuraque moenia Troum,
perque deos oro, quos hosti nuper ademi,
per si quid superest, quod sit sapienter agendum,
si quid adhuc audax ex praecipitique petendum est,
[si Troiae fatis aliquid restare putatis]:
este mei memores! aut si mihi non datis arma,
huic date', et ostendit signum fatale Minervae.
Mota manus procerum est, et quid facundia posset,
re patuit, fortisque viri tulit arma disertus.
Hectora qui solus, qui ferrum ignemque Iovemque
sustinuit totiens, unam non sustinet iram,
invictumque virum vicit dolor. arripit ensem
et ,meus hic certe est. an et hunc sibi poscit Ulixes?
hoc' ait ,utendum est in me mihi: quique cruore
saepe Phrygum maduit, domini nunc caede madebit,
ne quisquam Aiacem possit superare, nisi Aiax'.
dixit et in pectus tum demum vulnera passum,
qua patuit ferrum, letalem condidit ensem.
nec valuere manus infixum educere telum:
expulit ipse cruor. rubefactaque sanguine tellus
purpureum viridi genuit de caespite florem,

367. *offic.* objekt za *anteit.* — 368. *nostro i. e. humano.* — 369. *pectora* v. st. 326. — 370. *vigil i. e. semper pro vobis excubat.* — 372. *titulum = honorem* (,počasnicu'). — 374. Spoji: *et faciendo, Pergama alta capi posse (= ut — possent), Perg. cepi; faciendo*, ,tim što sam (mogućnost osvojenja) isposlovao'. — 375. *socias = consociatae Graeciae.* — 376. *deos i. e. Minervam.* — 377, *per si quid = per omne, quod fortasse.* — 378. *ex praecipiti*, ,sa opasna mjesta'; gotovo isto što: *,cum periculo'.* — 379. *fatis i. e. excidio.* — 381. *huic*, sc. *deae (Minervae)*, kao zaštitnici umnosti i razboritosti. — 382. *manus = coetus.* — 383. *res*, ,uspjeh'. — 384. *qui i. e. Aiax.* — 389. *Phrygum = Troum.* — 391. *tum demum vulpassum* isp. v. 267. — 392. *ferrum*, ,oklop'. — 395. *florem*, naime hijakint *(delphinium Aiacis)*, kako ga stari nazivahu, a bit će valjada perunika.

qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.
littera communis mediis pueroque viroque
inscripta est foliis, haec nominis, illa querelae.

20. Hekuba.

Ilion ardebat neque adhuc consederat ignis
exiguumque senis Priami Iovis ara cruorem
combiberat. tractata comis antistita Phoebi
non profecturas tendebat ad aethera palmas.
Dardanidas matres patriorum signa deorum,
dum licet, amplexas succensaque templa tenentes
invidiosa trahunt victores praemia Graii.
mittitur Astyanax illis de turribus, unde
pugnantem pro se proavitaque regna tuentem
saepe videre patrem monstratum a matre solebat.
iamque viam suadet boreas flatuque secundo
carbasa mota sonant: iubet uti navita ventis.
,Troia, vale! rapimur' clamant, dant oscula terrae
Troades et patriae fumantia tecta relinquunt.
ultima conscendit classem, miserabile visu,
in mediis Hecabe natorum inventa sepulcris.
prensantem tumulos atque ossibus oscula dantem
Dulichiae traxere manus. tamen unius hausit
inque sinu cineres secum tulit Hectoris haustos;
Hectoris in tumulo canum de vertice crinem,
inferias inopes, crinem lacrimasque reliquit.
Est, ubi Troia fuit, Phrygiae contraria tellus

396. *Oebalia*: Hijakinta, sina spartanskoga kralja Ebala, ubi nehotice Apolon te ga zato pretvori u cvijet istoga imena napisavši na lišće cvijeća slova AI. Ta slova označivahu izraz tuge (αἶ αἶ) nad nesrećnim udesom dječaka *(,puero')* i ujedno bijahu početna slova imena Aiax *(,viro')* isp. Met. 15, 50—52.

20. 2. *exiguum, quod Priamus erat iam senex.* — *ara*, na kućnom žrtveniku ubi Prijama sin Ahilejev Neoptolem. — 3. *antistita* sc. *Cassandra*, kći Prijamova, poznata proročica. — 5. *signa = simulacra.* — *matres = matronas* (γεραιάς). — 7. *invidiosa* = ζηλωτά (aktivno značenje), zaviđen, vrijedan zavisti. — 9. *pro se* sc. *Astyanacte.* — 11. *via*, put na moru, odlazak; tako često i u grčkom ἡ κέλευθος = ὁ πλοῦς; *suadet* sc. *Graecis; flatus secundus* isp. grčko ἴκμενος οὖρος (Iliad. 1. 479). — 17. *prensantem — dantem*, dok je rukama hvatala grobove i cjelivala; *ossibus*, ovdje u prenes. značenju za mjesto, koje krijaše kosti. — 18. *Dulichiae i. e. Ulixis.* — *hausit = effodit,* — *unĭus* sp. s. *Hectoris cineres.* — 20. *canum* od *,canus'.* — 22. konstr. *est, ubi Troia fuit, tellus contraria Phrygiae habitata (a) Biston. viris.*

Bistoniis habitata viris. Polymestoris illic
regia dives erat, cui te commisit alendum
clam, Polydore, pater Phrygiisque removit ab armis:
consilium sapiens, sceleris nisi praemia magnas
adiecisset opes, animi irritamen avari.
ut cecidit fortuna Phrygum, capit impius ensem
rex Thracum iuguloque sui defigit alumni:
et tamquam tolli cum corpore crimina possent,
exanimem e scopulo subiectas misit in undas.
 Litore Threïcio classem religarat Atrides,
dum mare pacatum, dum ventus amicior esset.
hic subito rupta exit humo similisque minanti
temporis illius vultum referebat Achilles,
quo ferus iniusto petiit Agamemnona ferro:
‚Immemores‘ que ‚mei disceditis‘ inquit ‚Achivi?
obrutaque est mecum virtutis gratia nostrae?
ne facite! utque meum non sit sine honore sepulcrum,
placet Achilleos mactata Polyxena manes‘.
 Dixit, et immiti sociis parentibus umbrae
rapta sinu matris, quam iam prope sola fovebat,
fortis et infelix et plus quam femina virgo
ducitur ad tumulum diroque fit hostia busto.
quae memor ipsa sui, postquam crudelibus aris
admota est sensitque sibi fera sacra parari
utque Neoptolemum stantem ferrumque tenentem
inque suo vidit figentem lumina vultu,
‚Utere iamdudum generoso sanguine‘ dixit:
‚nulla mora est, at tu ingulo vel pectore telum
conde meo!‘ iugulumque simul pectusque retexit.
‚Scilicet haud ulli servire Polyxena vellem.

23. *viris*, Pav. 226. Gol. 215. — 25. *pater*, sc. *Priamus*. — *Phryg. ab armis*, t. j, poradi opasnosti trojanskoga rata. — 26. *sceleris i. e. caedis Polydori*. — *praemia* (sarkazam). — 29. *rex* sc. *Polymestor*. — 32. *Atrides i e. Agamemnon*, koji ondje na tračkoj obali postavi kenotafij Ahileju (isp. v. 44.). — 35. *referebat*, ‚opet pokazivaše‘. — 36, *quo* sc. *tempore iniusto* jer namijenjen vrhovnomu vojskovođi. — 40. *placet* od ‚*plāco*‘. — 41. *parentibus* od ‚*pārēre*‘. — 43. *plus quam femina*, sp. *virgo fortis et inf. et plus* . . . t. j. nadvisujući slaboću svoga spola = junakinja. — 45. *sui* t. j. *regiae nobilitatis suae*, isp. v. 60 do 62. — 47. Neopt., sin Ahilejev, prinosi žrtvu kao najbliži od roda. — 49. *iamdudum utere*, uzmi smjesta. — 50. *nulla mora est* sc. *in me* = ‚ja sam spremna‘. — 52. *scilicet*, ‚zaisto‘.

mors tantum vellem matrem mea fallere posset.
mater obest minuitque necis mihi gaudia; quamvis
non mea mors illi, verum sua vita tremenda est.
vos modo, ne Stygios adeam non libera manes,
ite procul, si iusta peto; tactuque viriles
virgineo removete manus. acceptior illi,
quisquis is est, quem caede mea placare paratis,
liber erit sanguis. si quos tamen ultima nostri
verba movent oris, Priami vos filia regis,
non captiva rogat: genetrici corpus inemptum
reddite, neve auro redimat ius triste sepulcri,
sed lacrimis: tunc, cum poterat, redimebat et auro‘.
 Dixerat. at populus lacrimas, quas illa tenebat,
non tenet; ipse etiam flens invitusque sacerdos
praebita coniecto rupit praecordia ferro.
illa super terram defecto poplite labens
pertulit intrepidos ad fata novissima vultus.
tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
cum caderet, castique decus servare pudoris.
 Troades excipiunt deploratosque recensent
Priamidas, et quid dederit domus una cruoris,
teque gemunt, virgo, teque, o modo regia coniunx,
regia dicta parens, Asiae florentis imago,
nunc etiam praedae mala sors, quam victor Ulixes
esse suam nollet, nisi quod tamen Hectora partu
ediderat: dominum matri vix repperit Hector.
quae corpus complexa animae tam fortis inane,
quas totiens patriae dederat natisque viroque,
huic quoque dat lacrimas: lacrimas in vulnera fundit
osculaque ore tegit consuetaque pectora plangit
canitiemque suam concreto in sanguine verrens

53. *vellem*, Pav. 335. Primj. Gol. 313, b. — *fallere* = *latēre*. — *obest* sc. *gaudiis nostris*. — 54. *quamvis* s indik. v. Met. 5, 165. — 56. *vos*, naime sluge svećenika, koji je htjedoše držati. — 62. *inemptum*, ‚ἄποινον‘ = bez otkupnine. — 64. Tako bi otkupio Prijam mrtvo tijelo Hektorovo od Ahileja. — 68. *defectus* ‚iznemogao‘. — 69. *pertulit* = *servavit*. — 72. *excipiunt* (ἀναδέχονται) sc. *corpus eius*. — *deploratos* = *caesos* [*consequens* mj. *antecedens*]. — 73. *quid* = *quantum*. — 79. *inane*, ‚prazan‘ s genit. kano i grčko κενός. — 82. *oscula* (= usta) sc. *mortuae*. — *consueta* = *quae iam consuerant plangi* (sc. *ab Hecuba*.).

plura quidem, sed et haec laniato pectore dixit:
,Nata, tuae — quid enim superest? — dolor ultime matri,
nata, iaces: videoque tuum, mea vulnera, vulnus.
en, ne perdiderim quemquam sine caede meorum,
tu quoque vulnus habes. at te, quia femina, rebar
a ferro tutam: cecidisti et femina ferro;
totque tuos idem fratres, te perdidit idem,
exitium Troiae nostrique orbator, Achilles.
at postquam cecidit Paridis Phoebique sagittis,
nunc certe, dixi, non est metuendus Achilles.
nunc quoque mi metuendes erat. cinis ipse sepulti
in genus hoc saevit; tumulo quoque sensimus hostem.
Aecidae fecunda fui. iacet Ilion ingens;
eventuque gravi finita est publica clades,
sed finita tamen: soli mihi Pergama restant
in cursuque meus dolor est. modo maxima rerum
tot generis natisque potens nuribusque viroque
nunc trahor exsul inops tumulis avulsa meorum,
Penelopae munus; quae me data pensa trahentem
matribus ostendens Ithacis ,haec Hectoris illa est
clara parens, haec est' dicet ,Priameïa coniunx'.
postque tot amissos tu nunc, quae sola levabas
maternos luctus, hostilia busta piasti.
inferias hosti peperi. quo ferrea resto?
quidve moror? quo me servas, annosa senectus?
quo, di crudeles, nisi quo nova funera cernam,
vivacem differtis anum? quis posse putaret
felicem Priamum post diruta Pergama dici?
felix morte sua est; nec te, mea nata, peremptam
aspicit et vitam pariter regnumque reliquit. —

85. *quid — superest* proteže se na *tuae:* ,Iza tebe nemam više ništa, što bih još mogla izgubiti i što bi mi još moglo uzrokovati bol'. — 94. *mi = mihi.* — 95. *tumulo (suo) = in t.* — *Aeacidae* (dat). *fec. fui:* (s gorkom boli), ,dakle za Ahileja toliko sam porodila djece!' *Iacet Il. in g.* = ,κεῖται Ἴλιος ἱρή'. — 97. *eventu i. e. incendio.* — 99. *in cursu est = non finitus est)* (metafora od trkališta), *maxima rerum,* svemoguća, svemožna. — 102. *pensa trahentem* isp. *ducere lanas.* — 107. *quo* ,čemu'. — *ferrea* ,ja žena željezne istrajnosti'; jer je naime sve svoje nadživjela. — *ferrea,* ,neuništiva' = ,*vivax*' (v. 110) ἄρρηκτος (Iliad. 2. 490). — 109. *nisi quo,* ,osim da'. — 110. *anum,* u kratko mj. ,*anus mortem*'. — 114. *funeribus = exsequiarum honore.* — *dotabĕre,* gorka ironija!

at, puto, feneribus dotabere, regia virgo,
condeturque tuum monumentis corpus avitis.
non haec est fortuna domus. tibi munera matris
contingent fletus peregrinaeque haustus arenae.
omnia perdidimus. superest, cur vivere tempus
in breve sustineam, proles gratissima matri,
nunc solus, quondam minimus de stirpe virili,
has datus Ismario regi Polydorus in oras. —
quid moror interea crudelia vulnera lymphis
abluere et sparsos immiti sanguine vultus?'
Dixit, et ad litus passu processit anili
albentes lacerata comas. ,date, Troades, urnam'
dixerat infelix, liquidas hauriret ut undas:
aspicit eiectum Polydori in litore corpus
factaque Threïciis ingentia vulnera telis.
Troades exclamant; obmutuit illa dolore
et pariter voces lacrimasque introrsus obortas
devorat ipse dolor; duroque simillima saxo
torpet et adversa figit modo lumina terra,
interdum torvos sustollit ad aethera vultus,
nunc positi spectat vultum, nunc vulnera nati,
vulnera praecipue, seque armat et instruit ira.
qua simul exarsit, tamquam regina maneret,
ulcisci statuit, poenaeque in imagine tota est.
utque furit catulo lactente orbata leaena
signaque nacta pedum sequitur, quem non videt, hostem:
sic Hecabe, postquam cum luctu miscuit iram,
non oblita animorum, annorum oblita suorum,
vadit ad artificem dirae, Polymestora, caedis
colloquiumque petit; nam se monstrare relictum
velle latens illi, quod nato redderet, aurum.

116. *domus* sc. *nostrae.* — *munera* sc. *feralia.* — 117. *haustus* ,šaka', isp. *terram haurire (= effodere).* — 119. *proles gratissima,* jer je najmlađe dijete. — 122. *vulnera* sc. *Polyxenae.* — 123. *immitis* sinonimno s *ferus.* — 125. *comas,* ak. obzira, isp. Met. 3, 4. — 130. *introrsus* sp. s *devorat.* — 132. *adversa* (sp. s *terrâ*), ,pred sobom'; isp. *vulnera adversa.* — 134. *positi = iacentis.* — 136. *maneret = etiamtunc esset.* — 137. *imago,* ,predstava, misao'. — *tota,* nom. — 139. *pedum* sc. *hostis.* — 141. *animorum = regalis animi* (,kraljevski ponos') — *oblita animorum ... suorum* je igra riječima i hijazam. — 142. *artifex = auctor.* — 143. *relictum* sc. *in Troia.*

Credidit Odrysius praedaeque assuetus amore
in secreta venit; tum blando callidus ore
,tolle moras, Hecabe' dixit ,da munera nato.
omne fore illius quod das, quod et ante dedisti,
per superos iuro'. spectat truculenta loquentem
falsaque iurantem tumidaque exaestuat ira.
atque ita correpto captivarum agmina matrum
invocat et digitos in perfida lumina condit
expellitque genis oculos — facit ira valentem —
immergitque manus foedataque sanguine sontis
non lumen, — neque enim superest — loca luminis haurit.
Clade sui Thracum gens irritata tyranni
Troada telorum lapidumque incessere iactu
coepit. at haec missum rauco cum murmure saxum
morsibus insequitur rictuque in verba parato
latravit conata loqui; — locus exstat et ex re
nomen habet — veterumque diu memor illa malorum
tum quoque Sithonios ululavit maesta per agros.
illius Troasque suos hostesque Pelasgos,
illius fortuna deos quoque moverat omnes:
sic omnes, ut et ipsa Iovis coniunxque sororque
eventus Hecubam meruisse negaverit illos.

21. Apoteoza Romula i Herzilije.

Occiderat Tatius, populisque aequata duobus,
Romule, iura dabas: posita cum casside Mavors
talibus affatur divumque hominumque parentem:
,Tempus adest, genitor, quoniam fundamine magno

145. *Odrysius i. e. Polymestor.* — 147. *Tolle moras* ,ne oklijevaj'. — 148. *quod et* mj. *et quod.* — 149. *truculenta*, je nominativ. — 151. *ita* sc. *irata* = *correpto* sc. *eo (= Odrysio).* — 154. *foedata*, nominativ. — 155. *loca luminis*, ,očne šupljine'. — 157. *Troada* = *Hecubam.* — 158. *murmur*, ,kvrka'; Hekuba bi naime pretvorena u psa. — 161. *nomen* sc. *Cynossema* (κυνὸς σῆμα) nedaleko od Sesta. — 162. *tum i. e. mutata.* — 165. *omnes* sc. *moverat.* — *et ipsa*, Junona bijaše neprijateljica Trojancima poradi poznata za nju nepovoljna suda Parisova.

21. 1. *Tatius*, suvladar Romulov. Tacije pade kod neke strke naroda nedaleko od Lanuvija. — 2. *iura dare (reddere)*, ,krojiti pravo, dijeliti pravdu'. — 3. *posita (= dep) casside*, za znak pomirljivosti.

res Romana valet nec praeside pendet ab uno,
praemia, quae promissa mihi dignoque nepoti,
solvere, et ablatum terris imponere caelo.
tu mihi concilio quondam praesente deorum —
nam memoro memorique animo pia verba notavi —
,unus erit, quem tu tolles in caerula caeli'
dixisti: ,rata sit verborum summa tuorum'.
Annuit omnipotens et nubibus aëra caecis
occuluit tonitruque et fulgure terruit orbem.
quae sibi promissae sensit rata signa rapinae,
innixusque hastae pressos temone cruento
impavidos conscendit equos Gradivus et ictus
verberis increpuit, pronusque per aëra lapsus
constitit in summo nemorosi colle Palati
reddentemque suo iam regia iura Quiriti
abstulit Iliaden. corpus mortale per auras
dilapsum tenues; sic lata plumbea funda
missa solet medio glans intabescere caelo.
pulchra subit facies et pulvinaribus altis
dignior, est qualis trabeati forma Quirini.
Flebat ut amissum coniunx, cum regia Juno
Irin ad Hersiliam descendere limite curvo
imperat et vacuae sua sic mandata referre:
,O et de Latia, o et de gente Sabina
praecipuum, matrona, decus, dignissima tanti
ante fuisse viri, coniunx nunc esse Quirini,
siste tuos fletus et, si tibi cura videndi
coniugis est, duce me lucum pete, colle Quirini
qui viret et templum Romani regis obumbrat'.

5. *nec praeside... uno.* Smisao: Moć Rima toliko je već učvršćena, da ne treba više da zavisi jedino o svom osnivaču. — 9. *memoro*, ,ja te opominjem toga'. — *pia verba*, ,očinske riječi' (s obzirom na unuka). — 11. *summa*, ,sadržaj', *rata sit* ,ispunio se'. — 14. *rapinae* ,otmice (odvedenja) Romulove u nebo'. — 16. *Gradivus* = *Mars.* — 19. *Quiriti i. e. Romanis.* — 20. *Iliaden i. e. Romulum.* — 22. *intabescere* (radi nagla gibanja ,ražariti se', rastopiti se (rasplinuti); isporedba osniva se na nepoznavanju fizičkih zakona. — 23. *subit*, isp Met. 1, 42. — 24. *qualis* naime na slikama i kipovima. — 25. *flebat* (sc. *eum*) = *deflebat.* — 26. *Hersilia*, žena Romulova. — 27. *vacuae* sc. *marito* = *viduae.* — 28. poradi hijata isp. Pav. Metr. 13, c. Gol. Met. 13, 2, — 32. *colle Quirini* = *colle Quirinali*, koji se u st. 41. zove ,*Romulei colles*'. Kvirinu (= Romulu) bi naime odmah iza njegova odlaska u nebo posvećen od senata hram, isp. Liv. 1. 10.

*

Paret et in terram pictos delapsa per arcus
Hersiliam iussis compellat vocibus Iris
illa verecundo vix tollens lumina vultu
,O dea — namque mihi nec, quae, sis, dicere promptum est,
et liquet esse deam — duc, o duc' inquit, ,et offer
coniugis ora mihi; quae si modo posse videre
fata semel dederint, caelum accepisse videbor.
Nec mora, Romuleos cum virgine Thaumantea
ingreditur colles. ibi sidus ab aethere lapsum
decidit in terras; a cuius lumine flagrans
Hersilia aërias sublimis cessit in auras.
hanc manibus notis Romanae conditor urbis
excipit et priscum pariter cum corpore nomen
mutat Horamque vocat, quae nunc dea iuncta Quirino est.

22. Pitagora.

Pythagoras ortu Samius; sed fugerat una
et Samon et dominos, odioque tyrannidis exsul
sponte erat; isque, licet caeli regione remotos,
mente deos adiit, et quae natura negabat
visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.
cumque animo et vigili perspexerat omnia cura,
in medium discenda dabat; coetusque silentum
dictaque mirantum magni primordia mundi
et rerum causas et, quid natura, docebat:
quid deus, unde nives, quae fulminis esset origo,

36. *tollens* = *attolens*. — 37. i 38. *nec . . . et*, ,ne doduše' . . . ,ali ipak'. — 38. *offer*, pokaži. — 40. *Nec mora.* ,smjesta'. *Thaumantea virgo* t. j. *Irida*, kano kći Taumantova. — 43. *flagrans*, svijetleći.

22. Pitagora filozof, rođen oko 569. pr. Is. na otoku Samosu, vrativši se sa svojih putovanja u Egipat i Perziju nađe svoju otadžbinu podjarmljenu od tiranina Polikrata, pa se zato iseli u Kroton u donjoj Italiji. Tu bude naskoro središtem velikog broja odličnih mladića željnih njegove nauke. Priča učinila je i Numu njegovim učenikom, premda je ovaj gotovo 100 godina prije živio. 1. *fugerat*, u donju Italiju. — 2. *dominos i. e. Polycratem* (i njegova brata Silozona). — 3. *licet remotos: licet* s participom i adjektivom rijetko; isp. Pav. 406, 2, c. Primj. 2. Gol. 336, c. bilj. 2. — 4. *mente deos adiit* = *studio perscrutatus est res divinas.* = 5. *oculis pectoris hausit* = *oculis ingenii cognovit.* — 7. *in med. disc. dabat*, saopćivaše, da i drugi znadu'. t. j. držaše javna predavanja (isp. *in medium afferre, proferre, in medio ponere*). — *silentum:* učenici njegovi morali bi po više godina samo šuteći slušati te izatoga istom pitati i, što su čuli, napisati. — 8. *mirantum*, jer ugled učitelja bijaše im već dovoljnim (αὐτὸς ἔφα) dokazom.

Iuppiter an venti discussa nube tonarent,
quid quateret terras, qua sidera lege mearent,
et quodcumque latet. primusque animalia mensis
arguit imponi; primus quoque talibus ora
docta quidem solvit, sed non et credita, verbis:
,Parcite, mortales, dapibus temerare nefandis
corpora! sunt fruges, sunt deducentia ramos
pondere poma suo tumidaeque in vitibus uvae;
sunt herbae dulces, sunt quae mitescere flamma
mollirique queant. nec vobis lacteus umor
eripitur, nec mella thymi redolentia flore.
prodiga divitias alimentaque mitia tellus
suggerit atque epulas sine caede et sanguine praebet.
carne ferae sedant ieiunia, nec tamen omnes.
quippe equus et pecudes armentaque gramine vivunt;
at quibus ingenium est immansuetumque ferumque,
Armeniaeque tigres iracundique leones,
cumque lupis ursi, dapibus cum sanguine gaudent.
heu quantum scelus est in viscera viscera condi
congestoque avidum pinguescere corpore corpus
alteriusque animantem animantis vivere leto!
scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
terra creat, nil te nisi tristia mandere saevo
vulnera dente iuvat rictusque referre Cyclopum?
nec, nisi perdideris alium, placare voracis
et male morati poteris ieiunia ventris?
at vetus illa aetas, cui fecimus aurea nomen,
fetibus arboreis et, quas humus educat, herbis
fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
tunc et aves tutae movere per aëra pennas,

14. *arguere*, ,prekoravati, kuditi'. U Egiptu, odakle je poglavito crpao Pit. svoju mudrost, bijaše uživanje mesa gotovo svih životinja zabranjeno. — 15. *docta* = *sapientia.* — *credita* sc. *a vulgo.* — 17. ističe se osobito bogata zaliha nekrvnih jela. — 19. *dulces* = *molles*, u opreci prema riječima, što slijede. — 21. *eripitur* ,uskraćuje se'. — 24. *ferae* (oppos. *homines*), životinje uopće. — 25. *armenta.* ,goveda', oppos. *pecudes*, μῆλα. — 25. *ingenium*, ,ćud'. — 28. *dapibus cum sanguine* = *dap. sanguineis.* — 29. *in viscera (hominum) viscera (ferarum) condi* je subjekt, *a scelus* predikat. Pazi na antitezu. — 34. *vulnera*, izrezani krvavi komadi mesa; izraz poradi *saevo dente.* — *referre* = *imitari.* — 35. *alium* (ἕτερον), ,koga drugoga'. — 36. *male morati* = *intemperantis.* — 37. *aurea* stoji ovdje kao u Metam. 2, 7. *lactea* u nominat. mj. akuz. da se ime kao takovo što jače istakne.

et lepus impavidus mediis erravit in herbis,
nec sua credulitas piscem suspenderat hamo:
cuncta sine insidiis nullamque timentia fraudem
plenaque pacis erant. postquam non utilis auctor
victibus invidit, quisquis fuit ille, priorum,
corporeasque dapes avidam demersit in alvum,
fecit iter sceleri. primoque e caede ferarum
incaluisse putem maculatum sanguine ferrum.
idque satis fuerat; nostrumque petentia letum
corpora missa neci salva pietate fatemur.
sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt.
longius inde nefas abiit, et prima putatur
hostia sus meruisse mori, quia semina pando
eruerit rostro, spemque interceperit anni.
vite caper morsa Bacchi mactandus ad aras
ducitur ultoris. nocuit sua culpa duobus.
quid meruistis oves, placidum pecus, inque tuendos
natum homines, pleno quae fertis in ubere nectar,
mollia quae nobis vestras velamina lanas
praebetis vitaque magis quam morte iuvatis?
quid meruere boves, animal sine fraude dolisque,
innocuum, simplex, natum tolerare labores?
immemor est demum nec frugum munere dignus,
qui potuit curvi dempto modo pondere aratri
ruricolam mactare suum, qui trita labore
illa, quibus totiens durum renovaverat arvum,
condiderat messes, percussit colla securi.
nec satis est, quod tale nefas committitur: ipsos
inscripsere deos sceleri, numenque supernum
caede laboriferi credunt gaudere iuvenci·

---

44. *non utilis* = *perniciosissimus* [litota]. — 45. *invidere* ‚mrziti' — *priorum i. e. hominum*, — 46. *corp. dapes*, ‚mesna jela'. — 48. *putem*, νομίζοιμι ἄν. — 49. *id* sc. *feras occidere*. — *fuerat*, Pav. 332, 2. Gol. 311, 2. — 50. poređaj: *fatemur corpora* (=feras), *nostrum letum petentia salva pietate* (‚bez povrede dužnosti') *neci missa esse*; isp. v. 114 do 116. — 53. *hostia* naime Cereri. — — 57. *tuendos* t. j. hranom i odijelom; *nectar* ‚mlijeko'. — 62. *simplex* ‚dobroćudan'. — 63. *immemor* (sc. *frugum muneris*), ‚nezahvalan'. — 65. *trita illa* spoji s *colla*. — 69. *inscripsere . . . sceleri*, ‚okriviše bogove', kao da oni zahtijevaju krvne žrtve; *supernum numen* (bogovi), kolektivno.

victima labe carens et praestantissima forma —
nam placuisse nocet — vittis praesignis et auro
sistitur ante aras, auditque ignara precantem
imponique suae videt inter cornua fronti,
quas coluit, fruges percussaque sanguine cultros
inficit in liquida praevisos forsitan unda.
protinus ereptas viventi pectore fibras
inspiciunt mentesque deum scrutantur in illis.
unde fames homini vetitorum tanta ciborum est?
audetis vesci, genus o mortale? quod, oro,
ne facite, et monitis animos advertite nostris:
cumque boum dabitis caesorum membra palato,
mandere vos vestros scite et sentite colonos.
Et quoniam deus ora movet, sequar ora moventem
rite deum Delphosque meos ipsumque recludam
aethera et augustae reserabo oracula mentis.
magna nec ingeniis evestigata priorum,
quaeque diu latuere, canam. iuvat ire per alta
astra, iuvat terris et inerti sede relicta
nube vehi validique umeris insistere Atlantis
palantesque homines passim ac rationis egentes
despectare procul trepidosque obitumque timentes
sic exhortari seriemque evolvere fati.
O genus attonitum gelidae formidine mortis!
quid Styga, quid tenebras et nomina vana timetis,
materiem vatum, falsique pericula mundi?
corpora, sive rogus flamma, seu tabe vetustas
abstulerit, mala posse pati non ulla putetis.
morte carent animae semperque priore relicta

---

71. *labe carens* = τέλειος = *integer* ‚bez mane'. — 73. *ignara* ‚ne sluteći' — 75. *fruges* t. j. ‚*mola salsa*' ječmena kaša sa solju; *cultros*, o jednom nožu, *percussa* sc. *victima* — 76. *praevisos forsitan in unda*, koji je možda već unaprijed vidjela u bistroj vodi; jer žrtvene sprave morale bi se prije oprati u vodi. — 78. *mentem* = *voluntatem*. — 80. *vesci*, objekt za to? *quod* prevedi zamjenicom pokaznom. — 84. *ora* sc. *mea*; jer bog sam iz mene govori, zato i *Delphos meos* ‚moju mudrost'. — *rite* = *ut fas est*, valja spojiti sa *sequar*. — 86. *aethera* = *res caelestes*. — *augustae* = *divinae*. — 89. *inerti sede i. e. terrâ*, — 90. *Atlantis*, ovdje uopće ‚visoko brdo'. — 91. *palantes*, lutajući (duhom); *rationis egentes* ‚bez prave spoznaje'. — 94. *gelida mors* ὀκρυόεις θάνατος. — 96. *vatum* ‚pjesnikâ', — *falsi* (=*ficti*) *mundi*, ‚izmišljena (t. j. podzemnoga) svijeta'. = 97—98. Spoji: *putetis* (= *putate*, budite osvjedočeni) *corpora sive (ea) rogus flammâ (abstulerit), sive vetustas tabe abstulerit, non ulla mala pati posse*; — *non ulla*, ni koja = ni najmanja. — 99. *sede priore i. e. corpore*.

sede novis domibus vivunt habitantque receptae.
Ipse ego — nam memini — Troiani tempore belli
Panthoïdes Euphorbus eram, cui pectore quondam
haesit in adverso gravis hasta minoris Atridae.
cognovi clipeum, laevae gestamina nostrae,
nuper Abanteïs templo Iunonis in Argis.
omnia mutantur: nihil interit. errat et illinc
huc venit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus
spiritus eque feris humana in corpora transit
inque feras noster nec tempore deperit ullo.
utque novis facilis signatur cera figuris,
nec manet, ut fuerat, nec formas servat easdem,
sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem
esse sed in varias doceo migrare figuras.
ergo, ne pietas sit victa cupidine ventris,
parcite, vaticinor, cognatas caede nefanda
exturbare animas nec sanguine sanguis alatur.
Et quoniam magno feror aequore, plenaque ventis
vela dedi: nihil est, toto quod perstet in orbe.
cuncta fluunt omnisque vagans formatur imago
ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,
non secus ac flumen. neque enim consistere flumen
nec levis hora potest; sed ut unda impellitur unda
urgeturque eadem veniens urgetque priorem:
tempora sic fugiunt pariter pariterque sequuntur
et nova sunt semper; nam quod fuit ante, relictum est,
fitque, quod haud fuerat, momentaque cuncta novantur.
cernis et emersas in lucem tendere noctes,
et iubar hoc nitidum nigrae succedere nocti.

100. *domibus, corporibus.* — 102. Kako je Menelaj ubio Euforba, pripovijeda nam Homer u Ilijadi 17, 9 i dalje. — 103. *minoris Atridae.* = *Menelai.* — 105. Menelaj objesi štit ubijena neprijatelja u hramu Junoninu u Argu. — 106. *errat,* subj. *spiritus* (v. 108.) — 107. *artus* = *corpora.* — 106.—107. *illinc huc* = *hinc illuc* t. j. *ex uno corpore in alterum.* Na tom osniva Pitagora svoju nauku o seobi duša (μετεμψύχωσις); vidi dolje st. 117. i dalje. — 110. *facilis* = *mollis* (gibak). — *signatur conformatur.* — 113. *figuras* = *corpora.* — 114. *pietate,* kano i v. 50. — 115. *parcite,* sinon. *nolite.* — *cognatas animas* = *animas cognatorum,* jer su ljudske duše. — 117. *magnum aequor, plena vela* treba uzeti u prenes. značenju. — 118. *nihil est... fluunt,* po nauci Heraklitovoj ‚πάντα ῥεῖ'. — 119. *imago,* ‚prikaza' kao opreka prema bivstvu. — *vagans,* ‚promjenljiv' stoji predikativno. — 123. *eadem,* ‚ujedno'. — 127. *emersas,* naime iz Okeana.

nec color est idem caelo, cum lassa quiete
cuncta iacent media, cumque albo Lucifer exit
clarus equo; rursusque alius, cum praevia lucis
tradendum Phoebo Pallantias inficit orbem.
ipse dei clipeus, terra cum tollitur ima,
mane rubet, terraque, rubet, cum conditur ima:
candidus in summo est, melior natura quod illic
aetheris est terraeque procul contagia fugit.
nec par aut eadem nocturnae forma Dianae
esse potest umquam: seperque hodierna sequente,
si crescit, minor est, maior, si contrahit orbem.
Quid? non in species succedere quattuor annum
aspicis, aetatis peragentem imitamina nostrae?
nam tener et lactens puerique simillimus aevo
vere novo est; tunc herba recens et roboris expers
turget et insolida est et spe delectat agrestes.
omnia tunc florent, florumque coloribus almus
ludit ager, neque adhuc virtus in frondibus ulla est.
transit in aestatem post ver robustior annus
fitque valens iuvenis; neque enim robustior aetas
ulla nec uberior, nec, quae magis ardeat, ulla est,
excipit autumnus, posito fervore iuventae
maturus mitisque, inter iuvenemque senemque
temperie medius, sparsus quoque tempora canis.
inde senilis hiems tremulo venit horrida passu,
aut spoliata suos, aut, quos habet, alba capillos.
Nostra quoque ipsorum semper requieque sine ulla
corpora vertuntur, nec, quod fuimusve sumusve,
cras erimus. iacuit primum sine viribus infans;
mox quadrupes rituque tulit sua membra ferarum,
paulatimque tremens et nondum poplite firmo
constitit adiutis aliquo conamine nervis.
inde valens veloxque fuit, spatiumque iuventae
transit; et emeritis medii quoque temporis annis
labitur occiduae per iter declive senectae.

132. *Pallantias i. e. Aurora.* — *inficit,* ‚bojadiše'. — 133. *clipeus dei i, e. orbis solis.* — *terra ima* ‚kraj zemlje' (abl. sep.) — 135. *in summo* (sc. *caelo*), ‚u zenitu'; *melior* = *purior.* — 137. *nocturnae Dianae i. e. lunae.* — 140 *species,* ‚lik (mijena)'. — 146. *virtus* isp. v. 143. ‚*roboris expers*'. — 152. *canis* sc. *capillis* (v. 154). — 153. *horrida* sp. s. *venit.* — 160. *conamen,* ovdje u konkr. smislu ‚potpor'. — 163. *occiduae... senectae,* isp. u grčkom δυσμαὶ βίου.

subruit haec aevi demoliturque prioris
robora: fletque Milon senior, cum spectat inanes
illos, qui fuerant solidorum mole tororum
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.
flet quoque, ut in speculo rugas aspexit aniles,
Tyndaris, et secum, cur sit bis rapta, requirit.
tempus edax rerum, tuque, invidiosa vetustas,
omnia destruitis vitiataque dentibus aevi
paulatim lenta consumitis omnia morte.
nec species sua cuique manet, rerumque novatrix
ex aliis alias reparat natura figuras,
nec perit in toto quidquam, mihi credite, mundo,
sed variat faciemque novat: nascique vocatur
incipere esse aliud, quam quod fuit ante: morique
desinere illud idem: cum sint huc forsitan illa,
haec translata illuc, summa tamen omnia constant.
nil equidem durare diu sub imagine eadem
crediderim. sic ad ferrum venistis ab auro,
saecula; sic totiens versa est fortuna locorum.
vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,
esse fretum; vidi factas ex aequore terras.
et procul a pelago conchae iacuere marinae,
et vetus inventa est in montibus ancora summis:
quodque fuit campus, vallem decursus aquarum
fecit, et eluvie mons es deductus in aequor:
eque paludosa siccis humus aret arenis;
quaeque sitim tulerant, stagnata paludibus ument.
hinc fontes natura novos emisit, at illic
clausum iter antiquis. quam multa tremoribus orbis
flumina prosiliunt aut exsiccata residunt!
Desinet ante dies et in alto Phoebus anhelos

165. Milon bijaše glasoviti atleta iz Krotona (savremenik Pitag.), koji bi jednim udarcem pesnice srušio vola. — *inanes* sp. s. *lacertos*; *fluidos* s *pendere*. — 166. *torus*, ‚mišica'. — 169. *Tyndaris i. e. Helena*, kći Tindareja i Lede, izgled ženske ljepote. — *bis rapta*, prvi put od Tezeja. — 170. *rerum* genet. relat. za *edax*, Pav. 241; Golik 199. — 171. *dentibus aevi;* i mi kažemo: ‚zub vremena'. — 178. *illud idem*, dod. *esse, quod ante fuit*. — 179. *summâ*, ‚u svoj cjelini'. — 181. *ad ferrum . . . ab auro*, ‚od zlatno doba na željezno'. — 188. *aequor* ‚ravnica'. — 189. *paludosa* sc. *humo*. — 193. *exsiccata residunt*, usahnuvši uzmiču.

aequore tinget equos, quam consequar omnia verbis
in species translata novas. sic omnia verti
cernimus atque illas assumere robora gentes,
concidere has. sic magna fuit censuque virisque
perque decem potuit tantum dare sanguinis annos,
nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas
et pro divitiis tumulos ostendit avorum.
nunc quoque Dardaniam fama est consurgere Romam,
Appenninigenae quae proxima Thybridis undis
mole sub ingenti rerum fundamina ponit.
haec igitur formam crescendo mutat et olim
immensi caput orbis erit. sic dicere vates
faticinasque ferunt sortes, quantumque recordor,
dixerat Aeneae, cum res Troiana labaret,
Priamides Helenus flenti dubioque salutis:
‚Nate dea, si nota satis praesagia nostrae
mentis habes, non tota cadet te sospite Troia.
flamma tibi ferrumque dabunt iter. ibis et una
Pergama rapta feres, donec Troiaeque tibique
externum patrio contingat amicius arvum.
urbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,
quanta nec est nec erit nec visa prioribus annis.
hanc alii proceres per saecula longa potentem,
sed dominam rerum de sanguine natus Iuli
efficiet: quo cum tellus erit usa, fruentur
aetheriae sedes, caelumque erit exitus illi'.
haec Helenum cecinisse penatigero Aeneae

195. *consequi verbis*, ‚opširno pričati'. — 198. *magna* sp. s *Troia* v. 200. — 204. *mole sub ingenti rerum* etc., ‚pod t. j. za silnu građu svoje moći (države) polaže osnov'. — 207. *recordor*, naime iz trojanskoga doba, u koje Pitag. kao Euforb bijaše savremenikom trojanskih događaja. — 209. *salutis* (genet. kao u v. 170. *rerum*) = *desperanti de salute*. — 210. *nota* = *cognita*. — 211. *te sospite*, ‚budući da ćeš se ti spasti' [ili ‚dok nam ti živiš']. — 213. *Pergama i. e. sacra Penatesque Troiae*. — *rapta i. e. erepta flammis hostique*. — 214. *patrio* (sc. *arvo*) abl. comp. — 215. *debere*, naime udesu. — 218. *de sanguine Iuli i. e. Augustus*, posinak K. Julija Cezara. — 219. i 220. kao što ovdje Ovidije tako i Vergilije (Georg. 1, 24 i dalje) i Horacije (Carm. I. 2, 45 i dalje) navješćuje buduću apoteozu Augustovu. — *quo* proteže se i na *fruentur*, t j. bit će premješten među bogove. — 221. *penatigero Aeneae*, poradi hijata v. Pav. Metr. 13, a. Gol. Met. 13, 1.

mente memor refero, cognataque moemia laetor
crescere et utiliter Phrygibus vicisse Pelasgos.
Ne tamen oblitis ad metam tendere longe
exspatiemur equis: caelum et quidcumque sub illo est,
immutat formas, tellus et quidquid in illa est.
nos quoque, pars mundi, quoniam non corpora solum,
verum etiam volucres animae sumus, inque ferinas
possumus ire domos pecudumque in corpora condi:
corpora, quae possunt animas habuisse perentum
aut fratrum aut aliquo iunctorum foedere nobis
aut hominum certe, tuta esse et honesta sinamus
neve Thyesteis cumulemus viscera mensis.
quam male consuescit, quam se parat ille cruori
impius humano, vituli qui guttura ferro
rumpit et immotas praebet mugitibus aures,
aut qui vagitus similes puerilibus haedum.
edentem iugulare potest, aut alite vesci,
cui dedit ipse cibos! quantum est, quod desit in istis
ad plenum facinus? quo transitus inde paratur?
bos aret aut mortem senioribus imputet annis,
horriferum contra borean ovis arma ministret,
ubera dent saturae manibus pressanda capellae.
retia cum pedicis, laqueosque artesque dolosas
tollite nec volucrem viscata fallite virga,
nec formidatis cervos includite pennis,
nec celate cibis uncos fallacibus hamos.
perdite, si qua nocent, verum haec quoque perdite tantum:
ora vacent epulis, alimentaque mitia carpant.

---

222. *mente memor refero* = *mente memori ref.* isp. 2. 3; *cognataque moenia* zove Pit. Troju, što je on kao Euforb bio njezin građanin. — 224. *metam... exspatiemur*, poput utrkivačâ. — 228. *volucres* u opreci prema *iners corpus*. — 230. *habuisse*, aorist. infin. — 233. *Thyesteis mensis*: Atrej poradi sramote nanesene mu od brata Tijesta ubi oba njegova sina i ponudi ih ocu za ručak *(mensae)*. — 234. *cruor humanus*, ‚umorstvo'. — 240. *quo i. e. ad quae facinora.* — 241. *aret* je konjuktiv. — 246. *formidatis pennis*, kod lova običavali bi okoliš određen za lov opkoliti konopom, na koji bi privezali šareno perje, da njim plaše divljač, da ne izlazi iz okoliša. — 248. *qua* sc. *animalia.*

23. Epilog.

Iamque opus exegi, quod nec Iovis ira nec ignis
nec poterit ferrum nec edax abolerė vetustas.
cum volet, illa dies, quae nil nisi corporis huius
ius habet, incerti spatium mihi finiat aevi:
parte tamen meliore mei super alta perennis
astra ferar nomenque erit indelebile nostrum.
qaaque patet domitis Romana potentia terris,
ore legar populi perque omnia saecula fama,
si quid habent veri vatum praesagia, vivam.

---

23. Isp. Horatii Carm. III. 30. — 1. *Iovis ira i. e. fulmen.* — 2. *edax vet.* prevodi ‚zub vremena', isp. Met. 22. 170: *tempus edax.* — 3. Spoji: *illa dies, quae nil (= nihil) habet nisi ius huius corporis, mihi spat. inc. aevi finiat, cum volet;* — *nil nisi* ‚samo'; *ius corporis* ‚pravo na tijelo'. — 4. *finiat*, conj. concess. — 5. *pars melior*, t. j. duh pjesnika. koji u svojim pjesmama dalje živì. — 9. *vates*, prorok, ovdje ‚pjesnik'

Štamparske griješke.

Str.	14.	stih	102.	mjesto	ut	čitaj	et
„	17.	„	37.	„	quit	„	quid
„	18.	u komentaru		„	loca	„	loco
„	24.	stih	67.	„	aëre	„	aëra
„	25.	„	70.	„	sud	„	sub
„	26.	u komentaru		„	labere	„	labare
„	27.	stih	147.	„	attolens	„	attollens
„	47.	„	3.	„	numerosque	„	numeroque
„	49.	u komentaru		„	rapitu	„	rapitur
„	50.	stih	93.	„	esf	„	est
„	56.	u komentaru		„	Pl ias	„	Pleias
„	62.	u „		„	fererens	„	referens
„	63.	stih	35.	„	contremuere	„	confremuere
„	63.	„	42. i 46.	„	imfania	„	infamia
„	64.	u komentaru		„	53	„	58
„	68.	stih	27.	„	rorantiabarba	„	rorantia barba
„	70.	„	76.	„	caesis	„	caecis
„	70.	„	78.	„	Promethiades	„	Promethides
„	73.	u komentaru		„	qu e	„	quae
„	77.	stih	190.	„	quaepue	„	quaeque
„	77.	u komentaru		„	nije silo suđeno	„	nije bilo suđeno.
„	80.	stih	252.	„	quit	„	quid
„	80.	„	270.	„	279	„	270
„	80.	„	272.	„	futmen	„	fulmen
„	80.	„	275.	„	consternatur	„	consternantur
„	80.	u komentaru		„	264	„	263
„	89.	„	11.	„	niobe	„	Niobe
„	90.	u komentaru		„	sub m	„	sub me
„	93.	stih	112.	„	ingulum	„	iugulum
„	97.	„	65.	„	infataque	„	inflataque
„	97.	u komentaru		„	— modo —	„	— modo. — 64
„	99.	u „		„	ἀνίκατας	„	ἀνίκατος
„	101.	u „		„	siciles	„	silices
„	102.	stih	128.	„	purum	„	parum
„	104.	„	42.	„	oderatas	„	odoratas
„	112.	„	4.	„	praoside	„	praeside
„	117.	„	96.	„	seđ	„	sed
„	119.	„	36.	„	quae	„	ne
„	121.	„	95.	„	ambignus	„	ambiguus
„	139.	„	361.	„	cousiliis	„	consiliis
„	141.	u komentaru		„	Oebalia	„	Oebalio
„	142.	stih	28.	„	cnsem	„	ensem
„	142.	„	50.	„	ingulo	„	iugulo
„	144.	„	96.	„	Aecidae	„	Aeacidae
„	145.	„	125.	„	115	„	125
„	148.	„	4.	„	aoiit	„	adiit
„	156.	„	246.	„	includite	„	illudite
„	161.	redak	15.	„	102	„	112
„	161.	„	31.	„	96	„	44

Osim toga neka se poprave ove pogrješke u interpunkciji

Str.	11.	stih	17.	dodaj zarez	iza	riječi	tenebat
„	13.	„	68.	„ točku i zarez	„	„	amplius
„	13.	„	81.	„ navodnik	„	„	ibimus
„	14.	„	101.	„ crticu	„	„	tulerunt
„	25.	„	86.	„ navodnik	pred	„	habere
„	32.	„	30.	„ zarez	iza	„	sternunt
„	45.	„	134.	„ zarez	„	„	fama
„	46.	„	19.	izostavi „	„	„	satyri
„	53.	„	182.	dodaj točku	„	„	tenet
„	54.	„	200.	„ dvotočje	„	„	tori
„	54.	„	207.	„ zarez	„	„	fuisset
„	54.	„	210.	„ točku	„	„	iube
„	59.	„	39.	izostavi zarez	„	„	videbat
„	60.	„	17.	„ „	„	„	rubetis
„	60.	„	18.	„ „	„	„	postquam
„	60.	„	20.	„ „	„	„	misso
„	60.	„	32.	„ „	„	„	canduit
„	62.	„	2.	„ „	„	„	et
„	62.	„	2.	„ „	„	„	recenti
„	63.	„	13.	„ „	„	„	unum
„	65.	„	78.	dodaj „	„	„	omnibus
„	65.	„	3.	„ „	„	„	alis
„	69.	„	43.	„ točku	„	„	pontus
„	70.	„	81.	„ zarez	„	„	est
„	72.	„	29.	„ „	„	„	Autumnus
„	72.	„	29.	„ „	„	„	uvis
„	75.	„	109.	izostavi „	„	„	terras
„	75.	„	123.	dodaj točku	„	„	currum
„	76.	„	159.	izostavi „	„	„	Triones
„	90,	„	8.	dodaj točku i zarez	„	„	ait
„	90.	„	50.	„ „	„	„	addunt
„	112.	„	16	izostavi „	„	„	terram
„	115.	„	35.	„ „	„	„	egentes
„	121	„	97.	dodaj zarez	„	„	indue
„	122.	„	123.	„ „	„	„	me
„	122.	„	123.	„ „	„	„	fugiens
„	123.	„	132.	„ „	„	„	relinquam
„	125.	„	36.	izostavi „	„	„	terram
„	133.	„	174.	„ „	„	„	Chrysenque
„	136.	„	267.	dodaj točku	„	„	corpus
„	142.	„	46.	„ zarez	„	„	parari
„	148.	„	35.	„ točku	„	„	Iris
„	148.	„	37.	izostavi „	„	„	quae
„	148.	„	40.	dodaj navodnik	„	„	videbor
„	152.	„	119.	„ točku	„	„	imago.

Sadržaj.

(Stihovi u zagradama nešto su promijenjeni.)

Krupnije štamparske pogrješke.

Strana	18.	stih	49.	u tekstu	mjesto:	orbius	čitaj:	orbis
„	„	„	50.	„ „	„	perputuas	„	perpetuas
„	„	„	65.	„ „	„	ellus	„	tellus
„	„	„	48.	u koment.	„	jegat	„	legat
„	21.	„	1.	„ „	„	factus	„	fastus
„	24.	„	47.	„ tekstu	„	frontis	„	frontes
„	„	„	66.	„ „	„	prodii	„	prodit
„	29.	„	6.	„ „	„	stetis	„	stetit
„	30.	„	32.	„ „	„	suppusuisse	„	supposuisse
„	34.	„	3.	„ „	„	vonere	„	ponere
„	37.	„	14.	„ „	„	eflusis	„	effusis
„	43.	„	79.	„ „	„	dotati	„	dotali
„	„	„	85.	„ „	„	affat	„	agat
„	44.	„	102.	„ „	„	mitt	„	mitti
„	50.	„	79.	„ „	„	igreditur	„	ingreditur
„	51.	„	115.	„ „	„	ilia	„	illa
„	54.	„	205.	„ „	„	leiunia	„	ieiunia
„	60.	„	24.	„ „	„	illice	„	ilice
„	66.	„	15.	„ „	„	concovat	„	convocat
„	74.	„	100.	„ „	„	axit	„	axis
„	„	„	103.	„ „	„	redebant	„	reddebant
„	77.	„	173.	„ „	„	oculus	„	oculos
„	78.	„	192.	„ „	„	abor	„	arbor
„	„	„	212.	„ „	„	Boeetia	„	Boeotia
„	88.	„	41.	„ „	„	muus	„	munus
„	89.	„	48.	„ „	„	requivit	„	requievit
„	90.	„	22.	„ „	„	fermosa	„	formosa
„	94.	„	158.	„ „	Non hac, o iuvenis, etc. treba da slijedi za stihom 18. na strani 95.			
„	96.	„	96.	„ „	mjesto:	uquae	čitaj:	aquae
„	106.	„	47.	„ „	„	succinta	„	succincta
„	„	„	55.	„ „	„	fictibus	„	fictilibus
„	111.	„	60.	„ „	„	coniugie	„	coniuge
„	122.	„	110.	„ „	„	crimes	„	crines

Strana	122.	stih	121.	u	tekstu	mjesto:	ece	čitaj:	ecce
„	129.	„	75.	„	„	„	mollem	„	molem
„	130.	„	113.	„	„	„	donavarit	„	donaverit
„	131.	„	122.	„	„	„	peii	„	peti
„	133.	„	189.	„	„	„	hanc	„	nunc
„	135.	„	232.	„	„	„	regas	„	reges
„	145.	„	114.	„	„	„	feneribus	„	funeribus
„	152.	„	100.	„	„	„	gomibus	„	domibus
„	156.	„	230.	„	„	„	perentum	„	parentum
„	157.	„	1.	„	„	„	noc	„	nec
„	„	„	7.	„	„	„	qaaque	„	quaque.

Gr. 245 3 (str. 183, al 2) Z 48 - 47 - 9 ; 4 (6) 10 (14)
246 al 2
248 2 49 2, 3 ; 11, 13
252 (3 b)
253 2 57 1, 3 - 2 ; (6) 7 (14)
257 2 c
259 3 55 lat 10 - 12
56 ~~[illegible]~~ 12 13, 16.

Namjerne rečenice
objekne zavisne

249 str 1 - 2 al b. g. 4.
292, 1 b. Jošk 1 i 3

Ave

